

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE ZARAGOZA

SIGNATURA : I- 75

Aristóteles. Ethica ad Nicomachum (latine) Caesaraugustae.


22 septiembre 1492.

Encuadernado con:

Séneca, Luccio Anneo. Epistolae ad Lucillium (en castellano. Zaragoza. 8 Marzo 1496.


26-3

N. 130.



Opus Aristotelis de moribus a Leonardo aretino traductum.

21 430



Leonardi aretini oratoris facundi in Aristotelē
Ethicorum libros prefacio benemerito incipit.



Aristotelis Ethicorū libros facere latinos nuper institui. nō: q̄a prius traducti nō essent: sed q̄a sic traducti erant: vt barbari magis q̄ latini effecti viderentur. Constat enī illius traductionis auctorem (quicumq̄ tandē his fuerit: quē tamen oratoris predicatoris fuisse manifestum est) neq̄ grecas: neq̄ latinās litteras satis sciuisse. Nam et greca multis in locis male accepit: et latina sic pueriliter et indocte reddit: vt vehementer pudendū sit / tam supine crasseq̄ ruditatis. Quinetiā frequenter verborū: que optima et p̄batissima latinitas habet ignarus: atq̄ in opulentia nostra mendicans: cū greco verbo latinū reddere nesciat: quasi desperās et consilij inops: ita vt iacent greca dimittit. Ita semigrecus quidam et semilatinus fit: in vtraq̄ deficiens lingua: in neutra integer. Quid dicam de transformatione oratiōis: qua nihil est turbatius: nihil peruersius. Atqui studiosum eloquentie fuisse Aristotelē et dicendi artem cū sapientia cōiunxisse: et Cicero ipse multis in locis testatur: et libri eius summo cū eloquentie studio loculentissime scripti declarant. Itaq̄ si quis illi nunc sensus est rerum nostrarū: iam pridem credendū est: huic absurditati et in cōcunitati traductionis infensum: et tantā barbariem indignatum: hos suos libros esse negare / cū talis apud latinos videri cupiat: qualē apud grecos sese ipse exhibuit. Neq̄ vero mihi quisq̄ obiecerit latine lingue inopiam. Nam illa quidē habunde locuples est. nec ad exprimentū modo quod vis: verū etiam ad extornandū satis: modo ipsa sciat. Ignoran
a ij

tem vero ista aggredi: et vitium suū lingue ascribere: stultissimū simul et indignissimum est. Videmus Plautum quidē et Terentiū poetas comicos: et de leuissimis rebus tractantes. Adenandi fabulas ex greco sumptas sic latinas fecisse: vt cuncta etiam minutissima exprimant: nec tamen verbis grecis vtunt: nec elegātia summa illis deest: necq; ornatus. Cicero quoq; in his libris: in quibus hec ab Aristotele tractata prescripsit: nunq; exprimendi facultas, nunq; vbertas optatis de-
 ficit. Tantūq; abfuit: vt quereret. vt multis etiam locis differuerit: latinam linguā pleniorē esse q̄ grecā: in quo licet a quibusdā refragatum sit: tamen eatenus. vt grece nostram nō anteferretur: plenā certe et locupletem esse fateretur. Qui enim latine ariditatē lingue accusant: hi mihi necq; Ad. Tullium legisse vnq; vident: necq; Virgiliū quorum equidem nō video: cur aut alteri Demosthenes in soluta oratione: aut alteri Homerus sit in carmine preferendus. Supra hos vero: quos greci proferant/nullos habēt. Sed quid ego aut de collatione vtriusq; lingue: aut de accurata verborū representatione disputem. Eruditorū sit ista cura: retenta quedam et limata exquirere. At hic noster interpres etiam in planissimis tanq; in salebra heret. nec in penuria laborat: sed in diuitijs mendicat. Bonā vnum aliquid de suis: quo manifestius de-
 cernatur. In illa diligenti Aristotelis mediorū extremorūq; descriptio-
 ne: quibus virtutes et vicia contineri ostendit: iste interpretans quodā loco sic inquit. Circa delectabile autē: quod quidē in ludo: medius qui-
 dem eutrapelos: et dispositio eutrapelia. Superabundantia bomolo-
 chia: et qui habet eā bomolochos: qui autē deficit agricola quis: et ha-
 bitus agricola. De ferreū hominē: nō possum equidē legens me conti-

nere. hocine est interpretari. Atqui poterant hec omnia: que ob ignoriā-
 tiam reliquit: cōmode et elegāter dici latine. Primum enim quod ille in
 ludo inquit magis equidē: in ioco dicendum reor. Nam ludere pila et
 alea magis dicimus: iocari autē verbis. In ioco igitur laudabilē illam
 mediocritatem: quā greci eutrapeliam vocant: nostri cum vrbauitatē/
 tum festiuitatem/tū comitatem/tū iocunditatem dixere. Et qui ita se
 habet: vrbauus/festiuus/comis/iocundus est: hec omnia probata sūt
 verba: et ab optimis auctoritatibus frequentata: et videtis copiā lin-
 gue nostre. Superabundantia inquit bomolochia: hec proprie est scuri-
 litas apud nostros: verbū item optimū. et qui illam habet scurra. Qui
 autē deficit inquit agricola quis. hic proprie est rusticus. et habitus ipse
 rusticitas. Et sit qui mediocritatem in iocādo seruat/vrbauus/ siue co-
 mis. qui omnino deficit: et abhorret/rusticus. qui ita iocosus est: vt mo-
 dum excedat: scurra. Nam hec latine dici posse videntur. Utrum ergo
 in lingua defectus est vel in ipso? Atqui fieri potest: vt ille in philoso-
 phia doctus fuerit: sed equidem nō puto. cū videam ipsum res quoq; si-
 mul cū nominibus confundentē. Quid enī tritius apud eos: qui de mo-
 ribus scribunt: q̄ honesti vocabulū? Cum et stoici: quorū Seneca ma-
 xime inter nostros imminet: fines bonorū in honestate collocarint: et
 frequentissime disceptetur: num vtile ab honesto separari queat: et om-
 nes virtutis actiones honesto cōtineri dicamus. Enimvero hic pro ho-
 nesto grece ab Aristotele vbiq; posito: semp latine bonū expressit. per
 absurde quidem. Nam et si omne honestū est bonū: tamē aliter de ho-
 nesto: aliter de bono loquimur: vt etiā aliter de animali: aliter de sub-
 stancia: quāuis omne animal substantia sit. Quod si: quia omne hone-
 a ij

stum sit bonū: propterea bonū interpretari licebit: pro vtili quoque vbi-
 cunque positum fuerit: bonū dicemus. Ita tria maxima: que in philoso-
 phia versantur bonū: vtile: et honestum: in vnū confundemus. Et cum
 vtile ab honesto separari possit nec ne: querere volumus: sic proponet:
 nunquid bonū a bono separari queat. Et stoici si beatam in bono posi-
 tam esse dicerent: nullus negaret. At in honesto positam epicurei ne-
 gant: in bono autē concedunt: quod et ipsi bonū appellant voluptatem
 Isto igitur modo interpretari: vtrū tandem conuertere est Aristotelis
 dicta: an peruertere. Bono quidē contrariū est malum. In honesto autē
 turpe. Hec vt apud latinos vocabulis distincta sunt: sic etiā apud gre-
 cos. que ille si modo quicquid intelligeret: nunquid confudisset. Bicā et de
 alio errato: quanquā infinita pene sunt: at duo vel tria ostēdisse sat erit:
 presertim si maximis et pondus habentibus. Nulla fere maior contē-
 tio in philosophia fuit: quā de voluptate: et dolore. Cum alij eudorum et
 aristippum secuti: in voluptate ponere summū bonum nō dubitarint:
 summūque in dolore malum. Alij contra nō modo summū bonū non esse
 voluptatem: verū etiam abiectū quiddam et prauū. Omnes tamē res
 quas gerimus dolore et voluptate: tanquā gubernaculis quibusdā regi-
 fatabuntur. Hec igitur duo: circa quā omnis de moribus vertit disciplina:
 et que omnes nostri: qui de philosophia vnquā scripserūt: volupta-
 tem et dolorem appellant: iste quēadmodū interpretatus est: quasi nūc
 primū nasceretur: nec quicquā vnquā legisset: pro voluptate delectatio-
 nem posuit. pro dolore autē tristitiam. Primum quero: que causa fuerit
 ab vsu loquendi Ciceronis. Senecę. Boetij. Hieronymi. Lactantij:
 et aliorum nostrorū recedendi? Respondebit credo: si vera fateri volet:

nunquā se istos legisse. delectationis autem et tristitie verba e vulgo sum-
 ptisse. At enim hos presertim viros legisse oportuit. Nam vulgus qui
 deum haud quaquā probatus est loquendi magister. Sed quero nō iam
 ab eo. sed ab his: quos illū defensuros esse reor. Que nā causa fuerit
 vetus ac probatū verbū relinquēdi quārendi nouū? Utrū dicēt delectati-
 onem idem esse: quod voluptatem: an voluptatē non aliud designare:
 quod hic dogen greci dicunt? Primum vt idem valeat delectatio et volu-
 ptas: nō fuit tamen causa a consuetudine veterū. presertim excellentis-
 simorū abeundi. Deinde totū hoc erroneū est. nec est idem voluptas et
 delectatio: si modo contraria ex contrarijs nascūtur. Tristitia enim: quā
 ille contrarium delectationi esse vult: nō dolorem. sed grauitatem et se-
 ueritatem significat: que sunt fere contraria hilaritati. Itaque tristitiā
 vultus dicimus. et iudicem tristem id est seuerū et grauem: et in Lelio
 hilaritas fuisse perhibetur: in Scipione autē vita tristior. ambitio ma-
 ior. Cum ergo tristitia nō sit dolor: nec delectatio certe erit voluptas.
 Insuper delectio (vt mihi quidem videtur) extrinsecū quiddam est: vo-
 luptas autē intrinsecū. Delectant enim magnifici apparatus. delectat
 soni et cantus. delectat histrio: dū fabulas agit. hec omnia ab extra pro-
 ueniunt. Et igitur ictus sagitte nō est ipse quidem dolor: sed dolorem
 mouet: sic delectatio istarū rerum ab extra proficiscens nō est ipsa volu-
 ptas: sed efficit voluptatem. Esse autē voluptatem latine. quod greci
 hōdoni vocant: et sic interpretari oportere: nullus vel mediocriter do-
 ctus ignorat. quo magis admirari cogor in hoc tantam ruditatem: ne
 dicam ignorationem fuisse. Tullius in libris de finibus bonorū et ma-
 lozum ita scribit. quod greci lisophilium vocant: nos appellamus volupta-
 a iij

tem, et sepe querimus verbum latinū par greco: et quod idem valeat: hic nil fuit: quod queremus. Nullum enim inueniri potest, quod magis idem declaret latine. quā grece: quā declarat voluptas. Hec Tullius, cuius (ni fallor) verba ostendūt, et voluptatē dici oportere: et delectationē nō oportere. An igitur hūc ducē in scopulis sequar, quē in plano offendentē turpiter et labentē aspicio: vt nec honestū dicere sciat: nec voluptatē et dolorē intelligat. Insuper cū aliud sit eligere aliud expetere quoniā in eligēdo cōsultationē et deliberationē p̄mittimus, nō in expetendo: et expetimus semper bonum, eligimus nōnunquā minus malum: idq; Aristoteles accurate diffiniat: et in loquendo plurimū caueat: nostriq; etiam nō minori cura hanc distinctionem et cautelam sequat: ea iste verba: in quibus ad claritatem et vim doctrine plurimū refert: ita confundit: vt pro verbo expetere vbicunq; in greco positum est: eligere dicat: expetere autem nunquā dicat, quo facto tota pene doctrina confunditur. Quid dicam de extremis et medijs: in quibus Aristoteles virtutes et vitia collocauit: et singula scrutari nitus est: quā hic inermis et rudis: pauca de nostris: et hec ipsa inepta: reliqua vt sunt in greco/ dimittit: vt qui illa legunt: nihiloplus: adipiscantur: quā si nihil legissent. Preterea cuni virtuti oppositum nostri vitium appellent, quod Cicero placet dictum esse ex eo: quia vituperabilis sit iste: nescio qua ratione maliciam nuncupat: quod est tum ineptum, tum insolens, tum vnus certe improbitatis nomen, nō vniuerse vitiositatis. Ergo igitur in finitis pene huiusmodi erroribus permotus, cum hec indigna Aristotele, indignaq; nobis ac lingua nostra arbitrarer: cum suauitatem horum librorū, que greco sermone maxima est: in asperitatem conuersam

nomina intorta, res obscuratas, doctrinam labefactā viderem: labore suscepi noue traductionis, in qua vt cetera omittam: illud affectū me puto: vt hos libros nūc primū latinos fecerim, cū antea nō essent.

Eiusdem Leonardi aretini ad summum pontificē epistola incipit.

Non nouū esse constat beatissime pater: sed iam inde ab antiquis frequentissime vsitatum, vt qui litterarum studia in sudant homines: laborum suorum opera ad principes scribant. Quod mihi fecisse videntur: nō quo disciplinam aliquam illis proponant: sed quo amor et beniuolentia sua bonis principibus innotescat, ac ex eorū auctoritate, ad quos libri scribūtur: quedam ipsis libris accedat auctoritas. Ego igitur horum secutus exemplū, vigilias quasdam meas nō contemnendas/ vt reor, sed (quod sine arrogantia dictū velim) nostris hominibus valde vtilis: cum omni reuerentia tuo nomine prescripti. Nam cum per vacationem apostolice sedis nuper in Cōstantiensi consilio subsequeremur, ipse quoq; ab officio, quod in curia prestare consueui vacarem: multaq; et varia quotidie insurgerēt: quorum nec fines, nec exitum vllum prospicere valebam: retuli me ad studia litterarum tanquā tranquillissimum aliquem portumurbationum cunctarum. Cuius ibi cum veteribus amicis, vt inquit Cicero, id est cū libris redisset in gratiam: multaq; et assidua lectione vterer: placuit tandem non solum legendo mihi: verumetiam scribendo alijs, si qua possem prodesse/ conari. Id enim precipuum studiosorum munus putandum est: vt nō ad propriam modo, sed ad cōmunē vtilitatē studia referāt sua. Itaq; Aristotelis libros, qui de moribus inscribuntur: suauissimos quidem ac ele-

Prologus

gantissimos: et ad vitam nostram plurimum necessarios. accuratioz diligencia in latinum traduci: putans id vsqz adeo vtile: vt nihil fieri possit vtilius. Eos igitur beatissime pater libros ad te mitto. non quo vacare eorum lectioni te posse arbitrer: noui enim fluctus et estus pastozalium occupationum: sed vt omnis mea opera in tuum nome referatur. Quia vero suspicoz fore non nullos: qui forsan grecarum litteraru ignari. et ob hoc defectus minime internoscere valentes: huic meo labori refragabuntur: pro discussione rerum ipsarum quedam permisi.

Primum liber de felicitate politica. secundus de virtutibus. quorum primum est de virtutibus. et de felicitate.

Tractatus .i. primi li. ethicorum. f. VI.

Opus ethicorum de moribus Aristotelis ad nicomacum filium eius translatum e greco in latinum: ab ornatissimo viro doctorisqz prestantissimo Leonardo aretino: quod opus in decem libros diuisum est. Primum namqz liber de felicitate politica. in quattuor tractatus diuisus est. Primum vero tractatus tria continet capita. Capitulum primum. Aristotelis ostendit omnia bonum expectere diuersos esse rerum fines: sed semper extremum optimum esse: ceterisqz prestare.



Bene ars: omnisqz doctrina: similiter autem et actus et electio bonum quoddam appetere videntur. Quia propter bene ostenderunt summum bonum: quod omnia appetunt. Videtur autem inter fines differentia quedam. Alij namqz sunt operationes: alij preter eas: opera aliqua. Quorum vero fines sunt aliqui preter actiones: in his potiora sunt opera: quam operationes. Sed cum multi sint actus et artes et scientie: fit etiam vt multi sint fines. Nam medicine quidem sanitas, nauicularie vero nauigiū. rei militaris autem victoria, economice vero diuitie. Quot autem sunt huiusmodi: sub vna aliqua virtute (quemadmodum ars frenozum faciendorum. et alie omnes: que ad structuram equozum pertinent) sub equestri consistunt. ipsa vero equestris et omis bellica actio sub re militari: eodemqz modo alie sub alijs. In cunctis autem fines earum (que magis principes sunt) omnibus inferioribus sunt anteponendi: nam illoz gratia istos persequimur. Nihil autem refert. vtrum operationes ipse fines sint actuum. vel preter ipsas aliud quiddam. quemadmodum in his: que appellantur scientie.

Capitulum .ii. Et ratione vltimi finis / summum bonum humanum inquiri: cuius cognitio ad vitam humanam multum confert. Docet scientiam hanc que de illo est esse civilem: id est que ad ciuim mores honestatem / commoditateqz spectent.



Igitur agibiliū finis quispiam est: que propter seipsū ve-
 limus: alia vero ppter illū: nec oia ppter aliud optam⁹ (nā
 sic in infinitum esset progressus: vanaq; & stulta resultaret cupiditas)
 manifestum est id esse summū bonum et optimū. Atq; huius nimirū
 cognitio: ad vitam nostrā multum confert. ac velut sagittariū signū ha-
 bentes facilius quod oportet assequeremur. Quod si ita est animauer-
 tendū est id ipsum: quasi per figuram comprehendere quid sit: et cuius
 scientiarum vel facultatū. Videtur profecto eius esse: que maxime do-
 minetur atq; presideat. Talis vero ciuilis apparet. Hec enī et quas di-
 sciplinas in ciuitatibus esse: et qualesq; addiscere: et quousq; oportet:
 ipsa disponit. Videmus et honoratissimas facultates huic subesse
 vt rē militārē. economicā. rhetoricā. Cūq; sciētus reliquis (quarū est
 in agendo opus) vtatur: ac preterea leges ferat: et quid agere quisq;
 a quo ve abstinere debeat: ipsa constituat: eius profecto finis/aliarum
 fines continebit. Itaq; illud vtiq; erit summū humanum bonū. Et si
 enim idem est vni et ciuitati: maius tamē ac perfectius ciuitatis videt
 et in capiēdo: et in conseruando. Amabile quidem et vni soli: pulchri-
 us tamen ac diuinius genti/ciuitatibusq;. Intētio igitur circa ista ver-
 satur: ciuilis quedam consideratio existens.

Cap. iij. Declarat nō esse euidētiā mathemati-
 cam hic postulandā: sed possibilem/et secundum figuram iuuenem ci-
 uilis discipline non esse satis idoneum auditorem.



In qua dici ad sufficientiam putandū erit: si secundum sub-
 iectam materiā declaratur. Nam certitudo quidem: nō eo-
 dem est modo in omnibus perquirenda: quēadmodum nec in artificum
 operibus. In honesta vero et iusta: de quibus ciuilis considerat: tantam

uarietatem et discrepantiam habere videntur: vt lege duntaxat: nō au-
 tem natura constare videantur. Talem quādam & ipsa bona habēt va-
 rietatem: propterea quod sepe ab illis accidunt detrimēta. Jam n. q-
 dam ob diuitias perire: alij ob fortitudinem. Satis ergo fuerit de his
 et ex his loquentes: grosso modo (ac veluti per figurā) veritatem osten-
 dere: et scdm ea: que plurimū fieri solent: de huiusmodi rebus transige-
 re. Eodēq; modo singula que de his dicent: recipiēda sunt. Nam eius
 qui cruditus est: eatenus in vnoquoq; genere certitudinē exigere: qua-
 tenus eius rei natura recipit. Simile quippe videt a mathematico per-
 suasionem recipere: et ab oratore demonstrationem inquirere. Quisq;
 bene iudicat q̄ cognoscit: eorūq; bonus est iudex. Singula igitur his:
 qui in singulis. Simpliciter autem his: qui in cunctis cruditus est. Ex
 quo sit: vt iuuenis quidem nequaquā idoneus auditor sit ciuilis discipli-
 nē. Rudis enim earū rerum: que in vita versantur. sermo aut ex illis.
 et de illis est. Sequax vero adhuc affectibus existens: inaniter et inuti-
 liter audit: cum finis sit nō cognitio: sed actio. Nichil aut differt etate
 quis iuuenis: an moribus. Nō enim in tempore defectus: sed in viuē-
 do et persequendo singula scdm animi perturbationē. Nam talib⁹ qui-
 dem inutilis erit ista cognitio: quemadmodū his: qui incontinētes sunt.
 Qui vero cupiditates suas rationi subiciunt: his ista scire multum ad
 modū proderit. Ac de auditore quidem: & quemadmodū recipiēdū sit
 et quid proponamus: hec prefata esse sufficiat.

Tractatus secundus primi libri ethicorum: perscrutans precipue quidnā sit humana felicitas habens quinque capitula.
 Capitulum primum: quidnam sit humana felicitas perscrutari incipit.
 Ostenditq; a nobis notis incipiēdū esse. idēq; moribus bene insti-

tutum esse oportere eū qui satis idoneus sit huius sciētie auditor.



Quoniam vero (vt predictimus) omnis cognitio atq; electio bonū quoddam affectat: videamus quid est id: quod ciuile dicimus affectare: et quid oim agibilem supremū est bonum. Nomine quidem fere omnes consentiunt. Felicitatem enī vulgus simul eruditiq; appellant. Sed et bene viuere: et bene agere pro eodem accipiunt: ac felicem esse. Quid vero ipsa felicitas sit: de eo sane inter se discrepant: nec idem vulgus sapientesq; tradiderunt. Nam alij quiddam ex his: quedā clara et manifesta sunt: vt voluptatem: aut diuitias: aut honorem. Alij item aliud. Nonnunq; etiam vnus et idem diuersa. Egrotās enim sanitatem: pauper diuitias: ignorantie sue conscij: eos: qui magnum aliquid: et supra se dicunt/ admirantur. Quidam vero et preter hec bona aliud quiddam ipsum per se/ esse putant quod causa sit omnibus his: cur bona existant. Cunctas igitur opiniones scrutari supuacaneum esset. Sufficiet aut: illas: que apparentes sunt: aut rationem aliquā habere videantur. Nec vero nos lateat differre eos sermones: qui a principijs sunt: et eos: qui ad principia. Recte enī Plato dubitauit: Quæsitq; vtrum a principijs via sit: an ad principia. quemadmodum in stadio est ab his: qui premia ponunt ad finem: vel econtra. Incipiendū quidem a notis est. sed hec bifariam. Alia enī nobis nota sunt: alia simpliciter. Nos fortasse ab his: que nobis nota sunt: incipere debemus. Itaq; bene institutum moribus esse oportet eum: q̄ de honestate: et iusticia: et omni ciuili ratione sufficienter sit auditorus. Nam principū est: quia et si hoc sufficienter constet: nil opus erit propter quid. sed qui ita institutus est: aut iam habet principia: aut certe

faciliter capiet. cui vero venter istorum adsit: his audiat Hesiodū. optimus ille quidem: qui per sese omnia noscens: preceptor suus ipse sibi meliora peregit. Ille bonus rursus: monitus q̄ recta/ sequetur. Qui nō ipse videt: neq; credit recta monenti: hic nulla in parte utilis est.

Capit. ij. declarat felicitatem nō esse reponēdam in voluptate: nec in honore/ imo nec omnino in habitu virtutis: et nequaquam in diuitijs.



Ed redeamus: vnde digressi sumus. bonū et felicitatem/ nō absq; ratione et modo viuendi: existimare videntur. Nam vulgus quidem atq; honorissimi: voluptatem. Quapropter et ipsi: vitam adamant voluptuosam. Tres enī sunt maxime precipue: illa: quā nunc diximus. Item ciuilis. Tertia contemplatiua. Vulgus igit omnino seruire videtur: vitam pecorū deligendo. Suscetantur aut ob id: quod pleriq; in potestatibus constituti: instar Sardanapalli vitam agunt. Elegantes aut viri: et rebus agendis: apti honorem. hic enī fere ciuilis vite finis est. Sed videtur leuior q̄ his: quem querimus finem. magisq; in honorantibus: q̄ in eo: qui honoratur/ consistere. Nos aut propriū quiddam: et q̄ leuiter auferri nequeat: summum bonū vaticinamur. Insuper honorem sequi videntur: vt se bonos esse confirmēt. Itaq; a sapientibus maxime querunt: (et apud illos/ q̄ eos cognoscūt et virtutis causa) laudari. Patet igitur/ quātū ad hos attinet: virtutem esse potiozem. Atq; eam fortasse quispiam ciuilis vite finē magis putabit. Sed videtur et hec imperfectior. Nam et dormire virtutē habentem: et nō operari: in vita recipere videtur. Et insuper maxima mala aduersitateq; subire. Cum vero/ qui ita viuūt: nemo beatum dicet: nisi positionem custodiens: et de his quidem satis. Nam et in coronis

de his habunde dictum. Tercia est contemplatiua vita: de qua in sequen-
tibus considerationem faciemus. Pecunijs vero intendens: violentus
quidam est. Ipseque profecto diuitie nequaquam sunt id: quod querimus/
bonum. Utiles eni: et alterius gratia. Itaque magis illa/que supra dixi-
mus fines: quos existimet quoniam propter se expectantur. Sed apparet
nec illa esse: quamuis multa verba in his consumpta sint.

Cap. iij. Aristoteles ydeam bonorum platonica impugnat: adque ad extremum ydeam fere (ut solet) irritis artibus inutili-
lem disputare conatur.

Is igitur omissis/de vniuersali videre forsitan prestabit: et que
admodum dicatur/inquirere. Quamquam hec questio perardua
sit ob amicos: qui ideas introduxerunt. Sed pro defensione veritatis: et
iam propria impugnare oportere: presertim philosophos magis forsitan
existimandum est. Nam cum ambo sint amici: pius est veritatem in ho-
nore preferre. Huius opinionis latores: non ponebant ideas: in quibus prius
et posterius dicebatur. Itaque nec numerorum ideam constituebant. Bo-
num autem dicitur et in eo: quod quid est. et in eo quod quale: et in eo quod
ad aliquid. Quod vero per se atque substantia: prius est natura quam id: quod
ad aliquid est. Nam id tanquam adiacens quiddam: et accidens substantie
videtur esse. Quare in his quidem nequaquam communis quedam foret idea.
Preterea cum bonum tot modis dicatur: quot modis dicitur ens. Nam
et in eo quod quid: ut deus et mens; et in quali: virtutes: et in quanto
mensuratum; et ad aliquid: utile: et in tempore occasio: et in loco dicta
et alia huiusmodi: manifestum est non esse commune vniuersale et vnum.
non enim in omnibus: sed in vno duntaxat predicamento diceretur. Prete-
rea: cum eorum que secundum vnam sunt ideam; vna sit scientia: certe et

bonorum omnium vna scientia foret. Nunc autem sunt plures etiam eorum:
que sub vno predicamento sunt. Ceu temporis quidem in bello res mi-
litaris. in morbo: medicina. in laboribus: gymnastica. Ambigat vero
quispiam: quid dicere velint. ipsum quodque: si quidem per se in ipso ho-
mine: et in homine vna atque eadem ratio hominis est. Quia. n. homo:
nihil differt: quod si ita: nec qua bonum. Sed perpetuum esse: non est
magis bonum. Siquidem nec magis album id: quod diuturnum: quam id
quod vnius diei. Probabilius autem videtur dicere pythagorici: qui
in ordine bonorum vnum reponunt. quos et spesippus sequi videtur.
verum de his dicitur alio loco. Ex illis vero (que supradiximus) dubi-
tatio quedam suborta apparet: quoniam de vniuerso bono sermo habe-
batur. Et que nos propter se ipsa appetimus (at que optamus) secundum vnam
speciem dicunt. Que vero hec efficiunt: aut custodiunt: aut contra pro-
hibent: propter alia dicunt: et alio modo. Constat igitur bifariam dici bona:
alia propter se ipsa. alia propter illa. Que ergo propter se bona sunt (ab utri-
libus separantes/consideremus: si secundum vnam dicantur ideam. Sed que po-
nenda sunt propter se bona: an quot sola licet quis persequitur (veluti sa-
pere: videre: et voluptates quedam et honores. Nam hec et si propter
alia persequamur: tamen et propter se ipsa in bonis quis reponat) An
nihil aliud quicquam preterquam ideam. Itaque superflua species erit. Sin autem
et hec sunt propter se bona: eandem in cunctis rationem boni extare oportet
quemadmodum albedinis in niue: et cerusa. Honoris autem et prudentie et
voluptatis: alie atque diuerse sunt rationes: qua bona sunt. Non est ergo
bonum commune aliquid secundum vnam ideam. Quemadmodum ergo dicun-
tur: neque enim similia videntur his: que fortuito equiuoca sunt: sed vi-

Pythagorici
Spesippus

delicet ex eo: quia ab vno sunt: aut quia ad finem vnum cuncta conterminant: vel potius secundum analogiam. Ut enim in corpore visus. et in anima mens: et aliud certe in alio. Sed hec fortasse nunc relinquenda sunt. Nam ea trite discutere: alterius esset philosophie magis. Similiter autem et de idea. Si enim vnum quiddam est quod communiter de omnibus dicatur bonum: aut seperabile aliquid per se: clarus est id non esse tale: quod ab homine agi: vel possideri queat. Nunc autem tale aliquid queritur: An forte videri potest alicui melius esse id ipsum cognoscere: gratia illorum bonorum: que agi: possiderique possunt. Nam si hoc tanquam exemplar habuerimus: magis intelligemus: que nobis sunt bona. Intelligendo vero adipiscemur. Hec verba suasionem continent quadam. sed scientiis dissonare videntur. Nam ille quidem omnes bonum affectantes: et quod deest perquirentes: cognitione huius pretermittunt. Aliqui tantum et tale auxilium a cunctis artificibus ignorari: neque perquiri absurdum esset. Nec vero apparet quid conferat textori: aut fabro ad artem suam: si sciuerit quid ipsum sit bonum. Aut quid medicus vel dux peritior fuerit: si ideam ipsam contemplatus sit: neque enim isto modo sanitatem considerare videtur medicus: sed hominis sanitatem. Immo forte huius hominis nam singulis medetur. Ac de his quidem satis.

Cap. iiii. ostendit primum ipsam felicitatem esse aliquid in se perfecto et per se sufficiens: et deinde finit. Atque iterum secundum figuram et ex nobis notabilibus declarandum hic esse commemorat.



Artus vero ad id quod querimus: bonum quid tandem sit redeamus. Videt enim aliud in alia mensa atque arte existere.

siquidem aliud in medicina: aliud in re militari: aliud iterum in alijs. Quid ergo in singulis erit bonum? Nonne id: cuius gratia fiunt cetera? Est autem hoc in medicina sanitas: in militari victoria: in re architectura edificium. Item in alio aliud. in omni denique actu: et instituto id: quod finis est. Nam huiusmodi gratia cetera fiunt. Quare si vnus alicuius omnium agibilium finis est: id certe esset summum bonum in agendo. Sin autem plures: plura. Transcendens: certe in idem recidat sermo. Sed conandum est etiam magis hoc declarare. Cum ergo constet plures esse fines: et quosdam ex his alicorum gratia expeti (ceu diuitias: fistulas: omniaque instrumenta) patet non cunctos esse perfectos. At quod optimum sit: perfectum esse constat: quare si vnum aliquid et solum perfectum est: id certe esset quod queritur. Sin autem plura: id: quod eorum perfectissimum est. Perfectius autem dicimus id: quod propter se expetibile est: quam id: quod propter aliud. et id: quod nunquam propter aliud: quam ea: que et propter se: et propter aliud expetuntur. Et simpliciter quidem id perfectum: quod semper propter se expetendum est: nec vnquam propter aliud. Talis autem felicitas maxime videtur esse. Nam cum quidem semper propter seipsam: nec vnquam propter aliud expetimus. honorem vero et voluptatem: et mentem atque omnem virtutem: cum propter seipsam expetimus: tum propter felicitatem. per illa itaque beatos fore nos credimus. ipsam vero felicitatem neque propter illa: neque omnino propter aliud quisquam expetit. Videtur autem et ex sufficientia idem probari. Perfectum enim bonum per se sufficiens videtur esse. Sufficiens autem dicimus non sibi soli vitam solitariam viuenti. sed parentibus et gnatis: et vxori et amicis: et ciuibus etiam. quando natura

homo civilis est. Sumendus est tamen in his quidam terminus, ne si ad natos natoꝝ: et amicos amicoꝝ extendat: in infinitū fiat progressus. Sed de hoc alias considerandū erit. Sufficiens autē p se ponimus: qđ vel solū vitā sufficientē et optabilē: ac nulli⁹ indigā prestat. Huiusmodi autē putamus esse felicitatē. Insuper oim maxime expetibilē non cōnumeratā. Nam si cōnumeret: clarū est cū minimo bonoꝝ: magis esse expetendā. cū bonoꝝ accumulatio sit q̄cquid adiūgī. In bonis autē semper maius sit expetendū. Perfectū ergo quiddā et sufficiens p se videt esse felicitas agibilium finis existens.

Cap. v. declarat quatenus de definitioni felicitatis quā Aristoteles ipse posuit/ alie opiniones partim consentunt.

Felicitatem esse sumū bonū: manifestū est: s; qđ ipsa felicitas sit: plani⁹ dilucidari querit. Forsā vō id fiet: si op⁹ hoīs deprehendat. Et enī tibicini ⁊ statuario cūctisq; artificib⁹ ac omnino oibus his (quorū est aliquod opus atq; actio) in ope ipso bonū: et bene videt esse: sic etiā hoī: si quidē eius aliqđ opus est. Utrū igit fabri et futoris aliqua opa sunt et actus: hoīs vero nullū est opus: sed ad nihil agendū natus est. An quemadmodū et oculi: et manus: et pedis ac singulorum membrorū aliquod est opus: sic et hoīs preter hec omnia: aliquod opus poni debet. Quid igit hoc tandē erit. Nā vivere quidē: eōe videt: etiam plantis. At nos propriū querimus. Sequestrāda est igit vegetatiua vita, sequens esset sensitiva quedā. hanc etiā boni et equo: et omni animanti cōmunem esse constat. Restat ergo operatiua quedā rōnem habētis. Atq; huius partim vt rōni obediēs: partim vt habēs atq; intelligens. Cum vero et hec dupliciter dicatur ponenda est illa:

que scđm actionem dicitur. Nam principalius hec dici videtur. Quod si est opus hominis animi operatio scđm rationem: vel nō sine ratioē. Idem autem dicimus opus esse generis huius: atq; huius studiosi: vt cytharedi ⁊ studiosi cytharedi: et simpliciter hoc in oibus: excellētia virtutis ad opus adiuncta. Cytharedi. n. est cytharē pulsare: studiosi bene pulsare. Quod si ita est: hominis autem opus ponimus vitam quādam: hanc vero esse actionem animi: et operationes cū ratione: studiosi autē viri bene: et probe: singula autē bene s̄m propriā virtutē perficiuntur. si ita est: sit vt summū sit hoīs bonū animi opatio scđm virtutem. ⁊ si plures sint virtutes: scđm optimā ac perfectissimā. Et preterea in vita perfecta. Nam vna quidē hirundo nō facit ver: nec vna dies. eodē modo: beatū ⁊ felicē nec vna dies: nec exiguū facit tēpus. Et summū qđ dē bonū: ita circūscripsisse sufficiat. Nā fortasse pmo figurandū est: postea vero pingendū. Videtur autē cuiusq; esse: illa q̄ bene circūscripta sunt producere: ⁊ membratum pficere. Tempusq; horum repertor atq; adiutor probus esse. vnde ⁊ artium facta sunt additamenta. Cuiusq; enim est: id quod desit/ adiungere. Ademisse autem oportet eorum: que supra diximus. neq; exactam discussionem in omnibus eodem modo: sed secundum subiectam materiam in singulis flagitare: et in quantum discipline proprium sit. Nam faber quidē et geometra: differenter rectum inquirūt. alter quātum ad opus vtile est: alter quid sit: ⁊ quale Contemplator enim veritatis. Eodem modo in alijs faciendum. ne extra opera: plura sint q̄ opera. Neq; vero causam est eodē modo in omnibus requirendū: sed satis est in quibusdam bene ostensum esse: q̄a sic est. veluti circa principia. q̄a vero primū ⁊ principius est. Principioꝝ
b iij

aut quedam in ductione prospiciuntur: quedam sensu: quedam consuetudine: quaedam: alia item aliter. Conandum est: ut singula principiorum: scdm naturam suam tractentur. et studendum: ut recte diffiniantur. quia magnum ad sequentia habent momentu. videtur. n. plusq̄ dimidium totius: esse principium. multaq̄ ex hys: que querunt: per illud fieri conspicua.

Tractatus tertius primi libri ethico. disputas questiones quasda de causa felicitatis atqz immutabilitate: tria continens capitula. Capitulu primu. ostendit felicitate quum si quidda optimum/ac diuinu atqz operatio anime per virtute: no debere tribui fortune. Licet bona fortune vtilia sint vt instrumenta: et cetera quedam necessaria adesse.

Crutandum est igitur de ipsa felicitate: no solu ex conclusione et rationibus: sed et hys quoqz: que de illa referuntur. Nam vero quide omnia consonant. Falso aut cito dissonat verum. Cu ergo tripliciter diuidantur bona: et alia externa dicantur: alia animi. et alia corporis. bona animi principalissima dicimus: ac maxime bona. Actus vero et operationes animales: animi esse ponimus. Itaqz recte quide diceretur scdm hanc opinionem antiqua a philosophantibus et approbatam. Recte etiam: qz operationes quedam et actus fines esse perhibent: sic. n. ex bonis animi: no ex externis esset. Consonat quoqz huic quod dicitur: bene viuere et bene agere felicem esse. fere naqz bona quedam vita: et bona actio dicta est. Cuncta etiam que circa felicitate queruntur: huic adesse constat. Nam alijs virtus est: alijs prudentia: alijs sapientia quedam esse videtur: alijs hec: aut horum aliquid cu voluptate: aut no sine voluptate. Alij vero externam quoqz affluentiam circumplectunt. Hec partim multi et antiqui: partim pauci et preclari

dicunt viri. Quoru neutros in totum rationabile est: ab errare putandum est: sed in aliquo: et pleraqz recte assequi. Illis ergo: qui virtutem omnem: aut aliquam dicunt: consonat sermo. Nam huius quide est secundum ipsam operatio. Forte vero no modicum refert: vtrum in possessione vel in vsu: optimum accipiatur: et in habitu vel in actu. Fieri enim potest: ut habitus existens: nihil peragat boni. veluti in dormiente: ceu aliter ocioso. Sed in actu hoc fieri nequaquam potest. Agat enim necesse erit. et quidem bene agat. Et quemadmodu in olimpia no optimi et fortissimi: sed qui certant/coronantur: nam eoru aliqui vincunt: sicut i vita: bonorum et honestorum: qui recte agunt: compotes fiunt. Horum insuper vita ipsa per se voluptatem continet. Nam voluptatem suscipere est animalium. Cuiqz aut voluptati est id: cuius amator dicitur. vt equus: amatori equorum: et spectaculum amatori spectaculoru. eodem modo iusta: amatori iustoru. et omnino ea: que fm virtute: taliu amatori. Multitudini ergo iocunda repugnant ob id: qa natura talia non sunt. probitatis vero amatoribus iocunda sunt natura iocunda huiusmodi aut sunt actus fm virtutem: q talibus viris etiam per seipsos iocundi sunt. Neqz eorum vita indiget voluptate quasi adiuncta: sed in seipsa habet voluptatem. No est preterea bonus: qui bonis operibus no delectatur. Nam neqz iustum dicit aliquis: qui iustis. neqz liberalem: q liberalibus non gaudeat. et in alijs eodem modo. Hoc si ita est: actiones scdm virtutem per se ipsas iocunde sunt. Sed et profecto bone: et honeste: et vnaqueqz earum maxime: si studiosus vir bene iudicat de ipsis. Iudicat aut vt diximus. Optimu ergo et pulcherrimum: et iocundissimum felicitas est. Neqz seperantur ista scdm epigrammata delia-

cum. Pulcherrimū id: quod iustissimum. Optimum: sospitatē habere. iocundissimum: re amata potiri. Hec enī optimis operationib⁹ omnia insunt. *Es* vero: aut earū vnā: que optima sit: dicimus esse felicitatē. Indiget tamē: vt videtur: et bonis externis. Impossibile nāq; est: aut certe nō facile preclara: ab eo agi: cui desunt facultates. *Abul*ta enī per amicos: per diuitias: per ciuilem potentiam: quasi per instrumenta quedam fiunt. *Quedā* etiā (si desint) beatitudinē maculant: veluti nobilitas: soboles: forma. Non satis enī ad felicitatē habilis ē homo penitus deformis: neq; ignobilis: neq; his: qui solus: et sine prole sit: et forte et multo minus: si cui mali sunt filij: aut amici: aut si cū boni forēt: interierunt. Et ergo diximus: addenda videt huiusmodi prosperitas. *Quamobrē* in eodem collocant quidam bonam fortunā ac felicitatem: quidam vero virtutem.

Cap. ij. perquirat. Sit ne aliquis in hac vita dicens felix: ostendatq; felicitatem rem esse constantem nec facile mutari aut in miseriam verti posse.

Unde queritur: vtrum per disciplinas aut per assiduitatem: vel alio quopiam modo per exercitiū acquiri possit. vel diuina aliqua sorte: fortunaq; proueniat. Si ergo aliud quicquā est deorum munus hominibus datum: par est felicitatē quoq; donū esse deorū ac tanto maxime: humanarū rerū quanto id prestabilius est. Sed hoc forsā alterius considerationis magis propriū esset. Videtur aut: etsi nō a dijs missa: sed per virtutem ac disciplinā quādam: aut exercitiationem proueniat: tamē diuinorū esse. Nam virtutis premiū finisq; optimum quiddā ⁊ diuinum beatūq; videtur. Effet etiam valde cōmune: cum possit cunctis existere nō orbatis ad virtutē per disciplinā quandā

ac diligenciam. Quod si melius est hoc modo: q̄ per fortunā esse felicē rationabile se est sic habere. si quidē ea: que scdm natura sunt: vt optime se habere possunt: ita sunt: similiter ⁊ illa que scdm artē ⁊ omnem causam: ac maxime scdm optimā. *Ad*atimā vero atq; optimā rem fortune tribuere: magna profecto esset absurditas. Conspiciū est: qđ nūc querebatur etiā ex sermone. *Victum* est enī animi operationē quādam scdm virtutē. *Leterorū* aut bonorū alia sub esse: necessariū est. alia ad cooperationē et vsum nata sunt instar instrumentorū: Hec dictis quoq; ab initio consonant. Nam finē ciuilis: optimum ponebamus. *Ea* vero plurimā facit diligentiaz: vt ciues quodāmodo disponat. atq; ipsos bonos et honestorū actores efficiat. *Recte* igitur nec bouē: nec equum nec aliud quicq; animantiū felix dicimus. quoniam nullū eorū huius operationis particeps esse potest. *Ea* quoq; de causa nec puer felix est. *Nā* propter etatē nondū hec agere potest. et qui dicunt felices: ppter spem dicunt. *Opus* est. n. (vt diximus) perfecta virtute: et vita perfecta.

Ibi declarat quod nullus homo dū viuūt est dicens felix quum varia viuēti accidere soleant infortunia.

Nam frequentes mutationes varietate fortune accidunt in vita. fieriq; potest: vt his: qui maxime floret: magnas in senectute incidat calamitates: ceu in heroicis de priamo fabulantur. *Qui* vero tali fortuna fretus miserabiliter finierit: eū nullus censet beatum. *An* igitur nec alius quisq; hominum beatus dici potest: q̄ diu viuūt: sed iuxta solonē: spectare finem oportet: *Quod* si ita ponendū: an tunc beatus est: cū moritur: vel hoc omnino absurdū: presertim nobis: qui dicimus operationē quādam esse felicitatē. *Quod* si mortuū nō dicimus se

licem: nec solum hoc vult, sed tunc secure beatum dici posse: cum iam extra mala calamitatesque existat. habet id etiam dubitationem quaedam/cum videatur mortuo quoque homini malum quiddam esse et bonum (quemadmodum viventi: nec sentienti) ut honores: infame: filiorumque et posterorum prosperitates aduersitatesque. Hec etiam dubitationem afferunt, quia fieri potest: ut qui ad senectam usque beate vixerit decesseritque: eidem tamen multa ac varia circa filios contingat, aliosque esse probos: et cum dignitate vitam agere: alios vero contra. Patet igitur: quod si transeant hec ad parentes: varie sese habere illos contingere potest. Effet vero absurdum: si defunctus quoque mutaret: et modo felix: modo miser esset. Absurdus etiam: si res posterorum nihil penitus ad parentes: ne ad aliquod tempus quidem pertinerent. Sed redeundum est ad id: quod primo quesuimus. nam forte ex illo: hoc posterius apparebit. Si ergo finem spectare oportet: et tunc beatum dicere quenquam: non quod tunc beatus sit: sed quod prius erat beatus: quo modo id non absurdum: si quidem dum est felix: non verificet in ipso: id quod est: quoniam beatos dicere viventes non volumus propter mutationes, et quoniam stabile aliquid: ac nequaquam leuiter mutabile felicitatem putamus. fortuna vero sepe conuertit. patet enim quod si fortunam sequamur: sepe felicem: ac postea miserum: eundem dicemus, ceu chameleonta quaedam debiliter firmum proferentes felicem. Vel fortunam sequi nequaquam rectum, cum bene: aut male in illa non sit: sed illius indiget vita humana: ut diximus. Operationes vero secundum virtutem: domine sunt felicitatis: contrarie vero contrarij. Testatur autem huic id: quod quesuimus modo. Nulla quippe in re humana certitudo tanta est: quanta in operationibus secundum virtutem. hec namque stabiliores quam scientie videntur esse. Sed que illarum honestissime sunt:

he plurimum habent firmitatem, quoniam in illis maxime et continuatissime beati viuunt. Hec enim videtur causa: quo minus circa illas fiat obliuio. Existet igitur beato id: quod querit, talisque erit per totam vitam. Semper enim vel maxime omnium agat: et contemplabit secundum virtutem. Fortunamque feret optimam, ac per omnia omnino decenter. Hic, nam, vere bonus et quadrangulus sine vituperatione. Cumque multa et varia fortuna afferat/et magnitudine paruitateque differentia. Parua quidem seu illa prospera: seu aduersa: non multum sane habent momenti. Grandia vero et multa: si prospera sint: beatiorum vitam efficiunt, nam et condecorare apta sunt: et eorum usus bonus studiosusque existit. Sed autem aduersa: beatum conturbant quidem: atque inquamant. Nam et tristitia afferunt: et operationes multas impediunt. Sed tamen in ipsis elucet bonum: cum multe et magne aduersitates leuiter preferunt: non propter insensibilitatem sed propter generositate ac magnanimitatem. Quod si operationes domine sunt vite (ut diximus) nemo beatus fieri miser potest. Nunquam enim odiosa atque improba faciet. Virum enim vere bonum et sapientem arbitramur: omnem fortunam decenter perferre, ac semper pro facultate rerum optime agere: veluti et bonum ducere presentibus castris bellacissime uti, et sutores ex datis sibi pellibus: calceum optimum facere, et eodem modo alios omnes artifices. Quod si ita est: felix nunquam miser esset: nec tamen beatus si in priami calamitates incidit, nec certe varius ac leuiter mutabilis. Nam neque ex felicitate facilius dimouebit: neque a quibusuis aduersitatibus: sed ab ingentibus et multis. Ex talibus autem: nequaquam rursus fieret felix in brevi tempore sed in longo quodam ac perfectio multorum ac preclarorum in eo potitus. Quid ergo prohibet dicere: illum esse felicem: qui secundum perfectam virtutem

Tractatus tertius. Primi

operetur: et bonis externis sufficienter abundet: nō in quouis tempore
s; in vita perfecta. An vero adiungendū est: et ita victurus moriturus:
q; scōm rationē: cum futurū quidē nobis incertū sit. felicitatē vero finē
et perfectum omnino posuerimus. Id si ita est: beatos dicemus viuen-
tium: quibus existunt: existentq; predicta. Beatos autē homines. ac
de his quidem hactenus.

Capit. iij. ostendit prosperitates aduersitatesq; pos-
terorum atq; amicorum: q̄rum defunctis accedunt/nō posse felicitatē
ipsorum mutare: sicut nec afferre.

Quorum autē amicorumq; fortune quod nihil ad nos per-
tineant dicere: nimis profecto durū: opinionibusq; contrari-
um videretur. Enimvero cū multa: ac varia illis contingant: magisq;
et minus ad nos perueniant: sigillatim ea distinguere: prolixum quidē
infinitūq; esset. Summatimq; vero si dicant fortasse sat erit. At. n. in
seipso contingentes aduersitates quedam graues sunt: momentūq; ha-
bent ad vitas. quedā vero leues magis vident: sic et in amicis similiter
omnes. Sed vtrū circa viuos an circa mortuos ista contingant: id mul-
to plus refert: q̄ in tragedijs scelera. vt iam petrata narrari: vel quasi
tunc patrent. Considerandum est ergo et isto modo quid intersit. Im-
mo fortasse querendū: vtruz hij: qui decesserunt: boni alicuius/aut ma-
li participes sunt. vident enī et si quicq; ex his ad illos pertineat: siue bo-
num siue contrariū: leue quiddā ac parū vel simpliciter: vel ipsis esse.
Beniq; neq; tantū neq; tale: vt beatos efficere: qui nō sunt: aut illis q;
sunt: auferre beatitudinē queat. Pertinere igit in aliquo videntur ad
defunctos prosperitates aduersitatesq; amicorū: sed eatenus dūtaxat:
vt nec felices facere nō felices: nec huiusmodi aliquid possint.

libri Ethicorum. XV

Tractat. iij. et vltim. pmi libri ethico. duo stinēs
capla. Capit. j. demonstrat felicitatē esse potius honorabile q̄ laudabile.

Nis ergo sic terminatis: videamus vtrum laudabiliū: an po-
tius honorabiliū felicitas sit: nā potentiarū nō esse cōstat.
Vident autē oē laudabile: q; q̄le aliquid sit: et quodāmodo ad aliquid se
habeat: laudari. Nā iustū et fortē: oēm q; probitatē ac v̄tutē ob facta
actionesq; laudamus. Robustū autē et velocē ac aliorū quēq;: q; natu-
ra talis sit: ac: ita se habet ad bonū quiddā et studiosū. Patet autē id et
ex deorū laudibus: q̄ ridicule vident: si ad nos referant. hoc autē accidit
ex eo: q; per relationē (vt diximus) laudes fiūt. Quod si laus taliū est:
constat optimorū nō esse laudē: sed maius quiddā: ac prestātius. quē ad
modum apparet. Nā et deos felices beatosq; dicimus: et viroz eos: q;
maxime diuini sunt: beatos appellamus. Eodēq; modo de bonis. Ne-
mo. n. sic felicitatē laudat vt iustā: sed: vt diuinius quiddā ac pstanti-
beatā dicit. Vident autē et eudorus probe voluptati principatū defende-
re. q; cū nō laudet voluptas: et sit bonū: prestabilius esse quiddā signi-
ficari putabat: q̄ ea: q; laudabilia sunt. Talē vero esse deū: et summus
bonū. ad hęc. n. et alia referri. Laus ergo virtutis est. Ab ea nāq; ho-
nesta agimus. Cōmendationes vero operū tam corporaliū: q̄ animalī-
um. verū ista trite discutere illoz fortasse magis propriū esset: q; in his
cōmendationib; elaborarūt. Nobis autē manifestū ex his: q; dicta sunt
honorabiliū et pfectorū esse felicitatē. Vident autē et ob id sic habere se:
q; principū est. Eius enī gratia cetera omnia oēs facimus. principium
vero causamq; bonorum honorabile quiddam diuinūq; ponimus.

Capit. ij. virtutū humanarū videlicet q; anime sunt
considerationē necessariā esse probat: et ciuilē anime potestates aliqua

et parte cognoscere oportere. Et demū duplicē distinguit virtutē: intel-
lectiuam que rationi tribuitur: et moralem/que appetitui seu volūtatī
regende inesse dicitur. vt ratione audiat.

Quam ergo sit felicitas aī operatio quedā scdm virtutē pfectā
de virtute ipsa videndū est. Nā si fortasse melius felicitatē
intuebimur. Videt aut et his: qui vere ciuili sit: circa hanc plurimum
laborare. vult enī ciues bonos efficere: legibusq; obtemperantes. Exē-
plum huius habemus crethensiu & lacedemonioꝝ legumlatōres: & si q̄
alij tales fuerunt. q̄ si ciuili est ista scrutari: manifestū est (vt ab ini-
tio proposuimus) de illa esse querendū. Sed de virtute humana videli-
cet querere oportet. Nā bonū quidē humanus: et felicitatē humanam
querebamus. Virtutē autē humanā dicimus nō corporis: sed animi. et
felicitatem animi operationem. Hec si ita sunt clarum est: oportere ci-
uilem hominem scire aliquatenus ea: que circa animum. quemadmo-
dum: qui oculos et omne corpus curaturus est. ac tanto magis: quan-
to ciuili honorabilior ac prestantior est q̄ medicina. q̄ si prestātes me-
dici circa cognitionem corporis multum laborant: idem circa animum
est a ciuili homine faciendum. Videndum est autem horum gratia et
eatenus videndum: vt ad quesita sufficiant. Nam vltterius quidē scru-
tari: operosius forsā esset q̄ pro rerum propositarum qualitate. Vi-
cuntur autem de illa et in externis sermonibus sufficienter quedam:
quibus vtendum est. veluti vnā eius esse partem sine ratione: aliam
rōem habentē. Vtrū autē vō diuidant ista scdm corpis partes & oē diui-
sibile: vel rōne quidē duo sunt: sed diuisionē minime recipe apta/ceu in
circūferentia concauum et connexum: nihil refert ad presens. Sed ir-

rationalis quidē partim cōmuni et vegetabili similis est. Loquor autē
de eo: quod causa est nutriendi et augmentandi. Nā talē animi poten-
tiam in cunctis: q̄ nutriunt: quis reponat: & in fetib; hanc ipsam quoq;
imperfectis rationabilius q̄ aliā aliquā. Huius igitur communis que-
dam virtus: et non humana apparet. Videtur enim in somnis maxi-
me operari hec pars atq; potentia. At bonus et malus per somnū mi-
nime discernunt. Unde aiūt: felices a miseris in dimidio vite nihil dif-
ferre. Cōtingit autē hoc rōnabiliter. Nā ociositas aī somnus est q̄ nō di-
citur bona vel mala: nisi in quantū alicui parum per eueniūt motus. et
q̄ meliora sūt visa modestoꝝ hoim: q̄ quozūcunq;. Sed de his quidē sa-
tis. et nutritiuā omittēdū. q̄a humane vtutis expers est. Videt & alia
quedā natura aī irrationalis: esse particeps tñ aliq̄tenus rōnis. Cōti-
nentis. n. et incōtinētis rōem et aī id qd rōem habet laudant: n. R:cte
enī et ad optima puocat. apparet autē et aliud quiddā p̄ter rōem illis in-
esse: qd repugnat resistitq; rōni. Ut. n. resolute corpis partes: si ad dex-
terā mouere velis: in sinistrā ferunt: sic et in aīo: in cōtrariū ferunt: in
continentiū appetitus. Sed in corporib; quidē cernimus id: qd p̄ter se
mouet. in animo vero: nō cernimus. sed nihilominus putandum est in
animo quoq; esse aliquid p̄ter rationē: quod huic aduersat: et obuiat.
Quatenus autem non vltterius repugnat qualiter aliud nil differt ra-
tionis et hec videtur particeps: vt diximus. Itaq; paret rationi con-
tinentis. Forte etiam magis obediens est in temperato et forti. om-
nia enim consonant rationi. Videtur ergo et irrationale duplex: aliud
vegetabile et nō particeps rationis: aliud concupiscibile et omnino ap-
petibile in tantū particeps: in quantū illi obediens atq; obtemperans
c 1)

Tractatus primus. Secundi

est. Sic itaqz patris et amicoz dicimus rationē habere. Nō autem vt mathematicoz. Quod autē persuadet. quō a ratione: id quod irrationale est: admonitiones: increpationes: cohortationesqz significant. Sin autē dicere oportet hanc quoqz partē habere rationē. duplex erit rōnem habens. aliud principaliter et in se ipso. aliud tanq̄ patri obediēs quidam. Distinguit et virtus scōm hanc differentiā. Dicimus enī illarū quasdam esse intellectiuas: quasdam vero esse morales. Sapientiam quidem et solertiā: et prudentiā intellectiuas: liberalitatē autē et modestiā morales vocamus. Loquētes enī de moribus: nunq̄ dicimus: quia sapicns: aut solers: sed quia mitis et modestus. laudamus et sapientem secundum habitum. habituum vero eos. qui laudabiles sunt: virtutes appellamus.

Incipit liber secundus ethicozū Aristotelis. qui de virtutibus morum generaliter agit: et tres habet tractatus. Et iste primus tractatus tractat de causis virtutū: quattuor continēs capla. **C**apitulum primum. ostendit nullā virtutem morū in nobis fieri natura: sed ex similibus operationibus omnes habitus produci.



Uero vero duplex sit virtus: alia intellectiua: alia moralis. Intellectiua quidem plurimum ex doctrina generationē habet atqz augmentū. Quia ppter experiētia indiget: et tēpore. Moralī autē ex assuetudine fit. Unde et nomē habet parūper a more declinās. Ex quo manifestū est: nullā moralīū vtutū natura nobis ineffe. Nihil enī eoz: q̄ natura sūt: aliter assuescit: veluti lapis: cuius natura ē vt deorsū ferat: nunq̄ assuesceret sursum ferri. nō: si miles illū q̄s assuefaciēdi grā in altū proijciat. neqz ignis deorsū: neqz aliud

quicq̄ ex hīs (q̄ aliter nata sūt) aliter assuesceret. Neqz natura ergo: neqz pter naturā insūt nobis virtutes: s; sumus nos quidē ad illas recipiēdas natura apti. p̄ficimur autē per consuetudinē. Preterea q̄ natura nobis insunt: eoz potentias prius ferimus. posterius vō actus reddimus (quod in sensibus manifestū est). Non enī ex eo: q̄a sepe audiimus: aut sepe vidimus: sensum accepimus: sed contra habentes: vsi sumus. nō vtentes/habuimus. At vtutes adq̄rimus operādo prius (quē admodū et in alijs artibus) q̄ enī oportet: postq̄ didicerimus facere: ea faciendo addiscimus. ceu fabricādo fabri. et cytharā pulsando cytharedi. sic iusta agendo iusti. et modesta modesti. et fortia fortes efficiunt. Testat id: qd̄ fit in ciuitatib⁹. Nā latores legū assuefaciēdo: ciues bonos efficiūt. et propositū quidē oīs legis latozis hoc est. quicūqz vō ex illis hoc nō bene agūt: aberrant. Idqz inter bonā rē. p. malāqz interest: Insuper oīs virtus atqz ars ex iisdē: atqz per eadē fit. corūpiturqz. Ex pulsatione enī cythare: boni ac mali fiunt cytharedi. eodēqz modo comedi: et fabri. et alijs oēs bene fabricando/boni erunt fabri. male autē: mali. Quod nisi sic effet: doctore nō indigerent: sed omēs boni aut mali essent. Sic et in virtutibus res se habet. Agendo enim: que in comertijs hominū versant: vel iusti: vel iniusti euadimus. Agendo q̄ in periculis: et consueti metuere: ac fidere: fortes v̄ timidi sumus. Simili modo in hīs: q̄ circa concupiscentiā: et in hīs: que circa iram. Alij tēperati et faciles. Alij intemperati et iracundi: pro vt hoc vel illo modo in illis fit. ac (vt vno comprehendam verbo) ex similibus actib⁹: habitus fiūt. Itaqz videndū est quales actus edamus. Nā quales illi sunt: tales habitus subsequunt. Nō parum igit: sed plurimum: imo totū refert hoc

vel illo modo statim ab adolescentia consuescere.

Cap. ij. ostendit virtutes ex actibus moderatis fieri ab iisdemq; augeri: et illis non moderatis corrumpi: atq; circa illa operari ex quibus orta est.



Quam igitur presens opus non contemplationis gratia fiat quemadmodum cetera: non enim ut sciamus quid sit virtus. (Nam sic nulla eius foret utilitas) sed ut boni simus/ perscrutamur necessarium est de actibus videre: qualiter agere illos oportet. nam in illis consistit quales sunt habitus: ut ostendi. Oportere igitur secundum rectam rationem agere: commune est. et presuppositum nobis existat. Que autem recta sit ratio: et quo modo ad alias se habet virtutes: postea dicetur. Illud prius a nobis confessum existat: quod omnis de rebus agendis sermo: quasi per figuram quadam et non per exactam discussionem tractari debet. quia (ut ab initio diximus) secundum materiam sermones sunt exigendi. At in rebus agendis utilibusque nihil firmum: neque stabile est. ut etiam nec in sanis. Cumque hoc habet uniuersum genus: multo magis de singulis rebus nulla certitudo tradi potest. cum neque sub arte: neque sub professione aliquam cadant. sed opus est: ut hi qui agunt: semper ad tempus considerent. ceu in medicina et navigatione. sed quantum ita sit: tum conandum est auxilium ferre. Primum igitur illud considerandum quod istorum ea natura est: ut defectu excessusque corrumpantur: ceu in viribus ac sanitate videmus. Oportet enim pro obscuris clara exempla inducere. Excessus enim ac defectus laborum vires corrumpunt. Eodem modo cibi et potus nimis magni: aut nimis parui: sanitatem corrumpunt. moderati: faciunt augeri. conseruant sic igitur in fortitudine ac temperantia et alijs virtutibus. Qui cuncta fugit: ac formidat: et nulli resistit: timidus est. et qui vero omnino nihil formidat: sed aduersus

omnia vadit: temerarius. Item qui omni voluptate potitur: nec vlla se abstinere: intemperans est. Qui vero omnes fugit instar agrestium: insensibilis quidam est. Corruptis enim temperantia et fortitudo ab excessu et defectu: a medio autem seruantur. Nec solum generationes et augmenta: et corruptiones ex iisdem et ab iisdem fiunt. Verum etiam operationes in iisdem erunt. Nam et in alijs: que et euentiora sunt: idem accidit. veluti in viribus. fiunt enim vires ex capacitate multi cibi: ac ex tollerantia multorum laborum. et hec maxime facere robustus potest. Sic et in virtutibus. abstinendo a voluptatibus: temperati efficimur. Facti autem: maxime possumus abstinere.

Cap. iij. ostendit virtutes a vitia dinosci ex voluptate et dolore: circa quos effectus omnes habitus moralis quodammodo existunt.



Significatio autem habituum: et voluptate aut molestia: que facta sequitur: deprehendi conuenit. Qui abstinere a corporeis voluptatibus: si ob hoc ipsum gaudet: temperans est. si moleste fert: intemperans. Item qui pericula subit: et gaudet: aut certe non dolet: fortis est. qui vero dolet: timidus. Circa voluptates enim et dolores virtus moralis consistit. Nam propter voluptatem improba facimus. et propter molestiam bene facere omittimus. Itaque ab ipsa adolescentia institutos esse conuenit: ut plato inquit. ut pro quibus oportet: gaudeamus: ac doleamus. Hec enim recta est disciplina. Preterea si virtutes sunt circa actum et affectum: omnem vero affectum et actum sequitur voluptas: aut dolor: virtus circa voluptates et dolores erit. Ostendunt hoc pene: que propterea infliguntur. Sunt enim medicine quedam. Medicinarum autem ea natura est: ut per contraria fiunt. Preterea (ut supra diximus) omnis habitus

animi ad illa: et circa illā naturā habet: que talia sunt: vt illū meliores aut deteriore efficiant. Sed per voluptates et dolores prauī fiunt seq̄ndo et fugiendo/vel quas nō oportet: vel quādo nō oportet: vel quotiēs aliter a ratione talia prescribant. Quapropter vtutes diffiniunt tranquillitates quasōā et quietes. nō tū bene. qđ simpliciter dicunt: sed nō vt oportet: et quādo: et quotcūq; alia adiungunt. Subest igit: virtutes esse circa voluptates et dolores optimorū operatricē: vitiū autē cōtra. Probat etiā illud: qđ cū tria ad capiēdū repudiandūq; consiliū pertineant honestū: vtile: voluptariū: et tria hīs contraria: turpe: inutile: molestum. bonus quidē hęc oīa recte cōsequit. malus vero aberrat. sed precipue circa voluptatē. hęc enī cōmunis est animantibus. et cuncta q̄ in electionē cadunt/subsequit. Nam et honestū et vtile iocundū videtur. Cunctis etiā nobis a pueritia simul educata est. Quapropter arduus est hanc rē insitam penitus vite nostre reijcere. Regimus aut actus nostros: alij magis: alij minus p̄ voluptatē et dolorē. Ob hoc igit necesse est totū negotiū circa illa versari. Nō parum est enim ad res agendas probe aut improbe letari: aut dolere. Insup̄ difficilius est voluptati repugnare q̄ in re: vt Heraclitus inquit. Circa difficiliora vero semp̄ ars virtutis existit. Nā bene in hoc melius est. Itaq; ob id quoq; circa voluptates et dolores totū negotiū esset virtutis et ciuilis. Nā qui bene hīs vtitur: bonus erit. qui male: malus. Esse igit virtutem circa voluptates et dolores: et ex quibus fit ab eisdem augeri: atq; aliter factis corrumpi: et circa illa operari: ex quibus fit satis dictum est.

Cap. iij. soluit dubitationē quomodo iusta agendo efficiuntur iusti quum iuste agere ex iustitia pendere videatur. declaratq; aliud esse iusta agere/aliud iuste. Simile est in alijs virtutibus.



Ed quereret fortasse quispiā: quemadmodū dicimus qđ iusta agendo iustos: et modesta modestos fieri oportet? Nā si iusta et modesta agunt: iā sunt iusti et modesti: ceu si grāmatica et musica grāmatici et musici. Vel nō in artibus ita se habet. Nam fieri potest: vt grāmaticū quid agat fortuito: et alio supposito. Tunc igit grāmaticus erit: cum grāmaticū aliquid et grāmatice faciet: hoc est scdm̄ eam grāmaticā: que est in ipso. Preterea nequaquā simile est in artibus et virtutibus. Nā que ab arte procedunt: laudē in se habent. quare sufficit illa sic existere. Sed que a virtute prospiciunt: nō satis est: si ipsa iuste quodāmodo se habent: et modeste agant. sed si agens ita egerit. primo: si sciens. scdo: si eligens. et eligens propter ipsa. tertio: si certo et immobili iudicio agat. Ad ceteras vero artes habendas: nihil horum requiritur preterq; scientia. At in virtutibus scire ipsum parus est: aut nihil. vti vero: ac exercere plurimū: immo totū valet. vtpote que ex frequenti actione iustorū. modestorūq; proueniant. Res. n. tunc iusta et modesta dicūt: quādo talis est: qualē iustus et modestus ageret. Iustus aut et modestus est: nō qui hęc agit: sed qui sic agit: vt iusti et modesti agunt. Bene ergo dicūt qđ quis iusta agendo: iustus fit. et modestia modestus. Non agendo aut: nullus. vt bonus sit: ne curare quidem videt. Sed pleriq; nō ita faciunt. verū ad verba disputationēq; cōuersi: putant se philosophari. atq; ita viros bonos fieri: egrotos imitati. qui verba medicorū audiunt quidē diligenter: faciunt aut nihil ex hīs: que sibi precepta sunt. Et ergo illoꝝ corporibus nō bene erit: qui ita curantur: sic nec illoꝝ animis: qui ita philosophantur.

Tractatus secundus scđi libri ethicorū. perquirens

Tractatus secundus. Secundi

quidnā sit virtus duo habet capla. **C**apitulū primū. genus virtutis
pquirens virtutē oēm nō affectū/aut potentiā: sed habitū esse ostendit



Quod hęc aut quid sit virtus/considerandū est. Cū igit tria
sunt: que in animo sunt: affectus: potētia: habitus: horum
certe aliquid virtus erit. Affectus quidē voco/cupiditatē. irā. metum.
audariā. inuidiā. leticiā. amorē. odiū. desiderii. emulationē. misericor-
diam: et vniuersaliter illa: que voluptas aut molestia sequit. Potenti-
as aut voco: scdm quas illas suscipere apti sumus. veluti scdm q̄s pos-
sumus irasci: aut dolere: aut misereri. **H**abitus aut: per quos bene vel
male ad effectus nos habemus. veluti ad irascendū/ si vehementer aut
remisse: male. si mediocriter: bene. Eodē modo et circa alia. Affectus
ergo nō sunt neqz virtutes neqz vitia. quia scdm affectus: nō dicimur
boni vel mali: s; scdm virtutes et vitia dicimur. Et: quia scdm affectus
nō laudamur neqz vituperamur. Nō enī laudat: qui timet: nec q̄ ira-
scitur. neqz vituperat: qui simpliciter irascitur: sed qui certo modo. At
scdm virtutes et vitia laudamur et vituperamur. Preterea irascimur
et timemus sine electione. virtutes aut electiones quedā sunt: vel nō si-
ne electione. Insuper scdm affectus moueri dicimur. sed scdm virtutes et
vitia nō moueri: sed certo modo dispositos esse. Propter hoc etiā neqz
potentie sunt. Nā neqz boni: neqz mali ex eo dicimur: quia facere pos-
simus simpliciter. neqz laudamur: neqz vituperamur. Et preterea po-
tētes sumus natura. At boni vel mali natura nō sumus. Dicimus aut
de hoc prius. Si ergo neqz affectus sunt: neqz potētie: restat vt habi-
tus virtutes sint. Quid igitur virtus sit generaliter dictum est.
Capi. ij. inuestigata proprietate omni virtuti cōue-
niente: ostendit virtutē moralē mediū scdm nos. coniectatricē esse. dein-

de eam finit. postremo quosdam actus atqz affectus mediocritatem nō
recipere probat.



Ed oportet nō solū isto modo: qz habitus est: sed qualis ha-
bitus sit dicere. Est ergo dicendū: qz omnis virtus (et illud
ipm cuius virtus est: bene se habens) pficit: et opus eius bene reddit.
Ut ecce virtus oculi et oculū studiosū facit: et opus eius. Virtute enī
oculi bene videmus. Eodēqz modo virtus equi equū ipm studiosū fa-
cit: et bonū ad currendū: portandūqz equitē: et ad expectandū hostes.
Si ergo hoc eodē modo in oibus se habet: et virtus certe hōis habitus/
erit: ex quo bonus vir fit: et ex quo suum opus bene reddit. Quomodo
aut hīs erit: iā dictū est. Preterea hoc modo patebit: si inspiciamus q̄-
lis sit eius natura. Nempe in oī continuo ac diuisibili: et plus et minus:
et equale capi potest. et hoc aut respectu rei: aut nostri. Equale vō me-
dium quid est inter defectū et excessum. Bico aut mediū rei: quod equa-
liter distat ab vtroqz extremo. quod est vnus et idē in oibus. Respectu
aut nostri: quod neqz excedit: neqz deficit. Hoc aut neqz vnū: neqz idem
oibus est. Veluti si decē multa: duo pauca: sex media capiantur in re.
Equaliter enī excedunt. et excedunt hoc mediū est scdm numeri ppor-
tionē. Sed quantū ad nos: nō ita capiendū. Non enī si cui decē minas
comedere multū est: duas aut parū: magister ludi sex eidē tradet. Est
enī fortasse et hoc nimū aut parū illi: qui accepturus est. Nam miloni
parum. incipienti vero se exercere/nimum. Simile est in cursu et pale-
stra. Hoc itaqz modo ois sciens excessum vitat atqz defectū: mediū aut
querit: et hoc eligit. mediū vero nō rei: sed respectu nostri. Si vtiqz ois
scientia sic opus bene pficit ad medium prospiciēs: et ad hoc opera ipsa

Tractatus secundus. Secundi

deducens (vnde dici consuevit in recte factis: quod neque addi: neque demi-
quicquam potest: utpote excessu atque defectu corrumpentibus mediū. medio
aut seruāte. boni aut artifices ut diximus: ad hoc respicientes faciunt)
virtus aut omni arte certior ac melior est: quemadmodū natura: mediū
quidē erit coniectatrix. Loquor aut de mortali. Nam ea vertit circa af-
fectus et actus. et in his est excessus: defectus et mediū. utputa metue-
re. audire. cupere. irasci. misereri: et vniuersaliter letari: et dolere ma-
gis et minus. ac vtraque nō bene. sed quādo: et in quibus: et erga quos et
cuius causa: et ut oportet/mediū et optimū est. quod profecto est in virtu-
te. Eodem modo in actibus est excessus et defectus et medium. Virtus
aut circa actus et affectus versat. in quibus excessus quidē delinquit:
defectus vero reprehēdit. mediū aut probat: ac recte perficit. Sed hec
vtraque virtutis sunt. Mediocritas vero quedā virtus est: mediū con-
iectatrix. Ad hec derelinquere multifaria est. nam malum quidē infiniti
est. ut pythagorici putant: bonū aut finiti est. recte aut perficere: vni-
uersaliter. Quapropter alterū facile: alterū difficile est. facile quidē aberrare:
difficile est eos ad quod intendas potiri. Et ob hoc igit vitij est excessus et de-
fectus. virtutis aut: mediū. Nam boni quidē simpliciter. multifaria aut ma-
li. Est ergo virtus habitus electius in mediocritate consistens quo ad nos:
ratione terminata et ut sapiens terminaret. Mediocritas aut: duorum vitio-
rum: alterius secundum excessum: alterius secundum defectū. Et etiā quia alia exce-
dunt: alia deficiunt magis quam oportet in affectibus et actibus. Virtus aut me-
diū inuenit: atque eligit. Quapropter secundum substantiā et rationē quid illa
sit dictantē: mediocritas est virtus. secundum vero commendationē probita-
tis/summitas. Nam tamen omnis actus nec omnis affectus: mediocritatē recipit.

(Eraty 3) 2 li. ethi. ca. 11

libri Ethicorum. XXI

Nam sunt quedā que statim notata sunt: prauitatem conexā habent. ut
malivolentia. impudentia. inuidia, et in actibus: stuprum. furtum. homicidium.
Nam cuncta hec et homini ita dicunt: quasi mala ipsa sint. non quasi excessus
aut defectus ipsorum. Namque ergo in illis recte facere datur: sed semper deli-
quit. nec illis est quod oportet: et quādo oportet: et ut oportet: sed simpli-
citer in quolibet istorum delinquitur. Eodem modo dicendus est de iniuria: et
ignauia: et luxuria. Nam si aliter diceremus esset excessus et defectus me-
diocritas. et excessus excessus: et defectus defectus. Sed quēadmodum
temperantie et fortitudinis non est excessus neque defectus (quoniam ipse medie-
ritas: et summe) sic nec illarum: quibus supra diximus. mediocritas est neque excessus
et defectus: sed ut cuius illa facias reliquis. Excessus enim et defectus nulla
omnino est mediocritas. neque mediocritatis ipsius excessus est aut defectus.
Tractatus tertius secundi libri ethicorum. tria conti-
nens capitula. Cap. i. specialiter singulas morum virtutes in medio
consistere declarat. item et verecundiam atque indignationem.



Ed oportet secundum sermonem nostrum non ad vniuersū
modo genus: verum ad singula coaptare. In verbis enim
que de actibus habentur: vniuersalia quidem communiora. particularia
autem veriora existunt. Nam et actus ipsi: circa singularia versantur
quos certe his consonare oportet. Comprehendenda igitur hec et de-
scribenda sunt. Circa timores igitur et audacias: fortitudo mediocri-
tas est. excedentium vero qui non timendo excedit: sine nomine est. mul-
ta vero sunt sine nominibus. Qui vero audendo excedit: ferus. sed qui in-
timendo excedit: et in audendo deficit: timidus est. Circa voluptates
vero et dolores non omnes quidē: sed minus circa dolores media est tem-
perantia. excessus aut intemperantia. Deficientes vero in voluptatibus
d j

vit reperimus. Itaque ne nomen quoddam sortiti sunt: sed insensati vocentur. Circa dadas capiendasque pecunias media est liberalitas. excessus vero et defectus hinc prodigalitas: illinc auaricia: quae inter se contrariae: excedunt et deficiunt. Nam prodigus quidem in erogando excedit: in capiendo deficit. Auarus autem in capiendo excedit: in erogando deficit. sed nunc summatim et per figuram dicimus. Postmodum diligentius de ipsis tractabimus. Sunt et aliae circa pecunias dispositiones. Ad mediocritatem vero est magnificentia. Magnificus enim differt a liberali. hic circa magna: illa circa parua versatur. Excessus vero est irreplebilis et vulgaris vetositas. Defectus vero modicitas. Differunt autem haec ab hijs: quae circa liberalitatem sunt. Sed quomodo differant: postea dicemus. Circa honorem autem et inhonorationem media est magnanimitas. Excessus autem inflatio dicitur. Defectus vero pusillanimitas. Et autem diximus ad magnificentiam se habere liberalitatem: et circa parua differre: sic se habet alia quedam ad magnanimitatem circa honores magnos existentem: illa circa paruos. Est enim honores cupere ut oportet: et magis quam oportet: et minus. Vocatur autem: qui cupiditate honoris excedit: ambitiosus. qui autem deficit: remissus. melius autem: inoiatus est. nam et dispositiones ipse: inoiate sunt. propter quod ambitiosus ambitio. Unde certat extremi de media regione. et nos medium quoniamque ambitiosum dicimus: quoniamque remissum. et modo unum: modo alterum laudamus. Sed cur accidat: in sequentibus dicemus. Nunc de alijs eodem modo dicamus. Est enim circa iram excessus: et defectus et mediocritas. Sed sunt fere inoiata. medium autem mansuetum: et mansuetudinem ipsam mediocritatem vocamus. Qui vero excedit: iracundus: et excessus ipse iracundia. Qui autem deficit: segnis et defectus ipse: segnicies vocatur. Sunt et aliae tres mediocritates: similitudinem quamdam inter se habentes differunt

tamen adinuicem. Omnes enim sunt circa verborum et actuum communionem. sed in hoc differunt. quod una earum est circa verum: aliae circa delectabile. et hoc partim in ioco: partim in cunctis: quae ad vitam pertinent. Igitur de his quoque dicendum est. ut appareat mediocritatem in omnibus esse laudandam. extrema vero necesse recta: necesse laudabilia: sed reprehensione digna. Sunt etiam plerumque istarum innominate. conandum est: ut in alijs: noxia fingere declarationis et intelligentiae gratia. Circa verum igitur medius quidem grauis. et mediocritas ipsa: grauitas appellatur. Simulatio autem: si excedat: vanitas. et quae illa utitur: vanus. si deficit: ironia. et quae ea utitur ironicus dicitur. Circa delectabile autem in ioco: medius est comis. et dispositio ipsa comitas. excessus vero: scurrilitas. et quae ea utitur scurra. defectus autem: rusticitas. et quae ea utitur rusticus. In reliquo autem delectabili: quod in vita versatur: quod: ut oportet. iocundus est/amicus. et mediocritas: amicitia. Qui excedit si nullius gratia: lasciuus. si lucri sui causa hoc facit/adulator. Qui autem deficit: et in cunctis molestus est: contensiosus et inhumanus vocatur. si in affectibus quoque et circa ipsos mediocritates sunt. Nam verecundia quidem: virtus non est. laudatur tamen verecundus. quam his mediocritates dicitur. qui vero excedit: et in cunctis verecundus/pavidus. qui autem deficit: impudens vocatur. Indignatio autem media est inter inuidiam et pueris gaudium. Versatur autem circa voluptatem et dolorem prouenientem ex hijs: quae proximis contigunt. Indignas enim moleste fert: cum indigna alicui prosperitas est. Inuidus hunc excedens: in cunctis tristatur ac moleste fert. Peruersus autem gaudens non modo non dolet: sed letatur. Verum de his alio loco dicendi tempus erit. De iustitia vero (quonia de illa non simpliciter dicitur) paulo post distinguentes de utraque dicemus: quomodo mediocritates

sunt. et eodem modo de rationabilibus virtutibus.

Cap. ij. ostēdit vitia ⁊ inter se/et virtuti contraria esse magis tamen inter se virtutum quoq; quibusdā excessit: quibusdā defectum magis opponi: duos ob causas.

Ed cū tres sint dispositiones: due quidē vitioꝝ in excessu et defectu: vna v̄tutis: q̄ mediocritas est: oēs ad inuicē quodā modo opponunt. **E**xtrēme quidē et illi: q̄ media est. ⁊ sibi ipsis inter se cōtrarie sunt. **M**edia autē extremis. **E**t enī equale ad min⁹ maius: ad maius minus est: sic mediꝝ h̄itus defectus excedit. **E**xcessib⁹ autē deficiunt et in affectib⁹: et in actibus. **F**ortis enī si ad timidū cōparet: ferorū videbit. si ad ferocem: timidus. **I**tem temperans si ad insensatū cōparetur: intēperans: si ad intēperantē: insensatus. **L**iberalis quoq; si ad auarū comparet: prodigus. si ad prodigū: avarus videbit. **I**taq; extremi reijciunt mediū: alter ad alterū. **T**imidus fortē vocat ferocē: ferorū vero timidū vocat. **E**odēq; modo in alijs. **Q**ue cū ita sint: maior est cōtrarietas inter extrema ad inuicē q̄ ad mediū. **N**am longius distāt inter se: q̄ a medio. **E**t magnus a paruo: et paruus a magno: et vterq; ab equali. **E**st insuper extremis quibusdā ad mediū similitudo. vt ferocis ad fortitudinē: et prodigalitati ad liberalitatē. **I**psis v̄o extremis iter se plurima dissimilitudo est. **Q**ue vero plurimū inter se distant: cōtraria dissimunt. itaq; magis contraria: q̄ magis distant. **S**ed medio in quibusdā excessus: in quibusdā defectus: magis opponit. vt ecce. fortitudini quidem nō ferotia: que est excessus: sed timiditas: que est defectus opponitur. **T**emperantie autem nō insensibilitas: que est defectus: s; intempantia: q̄ est excessus. **A**ccidit autē hoc duab⁹ de causis. p̄mo ex ipsa re. quando alterū extremū propius: ⁊ similius est medio: nō ipsum: sed

aliud magis opponit. veluti qm̄ fortitudini similior esse videt ferotia ⁊ p̄pinq;or: dissimilior v̄o timiditas: h̄ac magis oppositā dicimus. **Q**ue enī magis absūt a medio ea magis p̄traria vident esse. **I**bec igit vna ē causa ex ipsa re. **A**lia ex nobis ipsis. ad q̄ enī natura magis inclinati sumus ea magis cōtraria medio vident. **V**eluti cum ipsi proniores natura sumus ad voluptates: atq; eo procliuiores ad luxuriā q̄ ad continentia: eam magis cōtrariam dicimus: ad quā inclinatio magis fit. et ob id in temperantia: que est excessus: magis contraria est temperantie. **Cap. iij.** precepta quedam ponit ad inueniendum eligendum ve medium vltima.

Quod igit v̄tus moralis mediocritas sit: ⁊ quō: ⁊ q̄ duorū vitioꝝ mediocritas: alterius sc̄dm excessum: alteri⁹ sc̄dm defectū: et q̄ talis est p̄pter cōiecturā mediꝝ in affectib⁹ atq; actib⁹. **S**atis dictū est. **Q**uamobrē opus est studiosū existere. **N**ā in capiēdo medio tota vis cōsistit. atq; vt circuli mediū cōprehēdere nō cuiusq; est: s; tm̄ sciētis: sic irasci: et pecuniā clare facile est: et cuiusq;. **S**ed cui: ⁊ q̄ntū et quō: ⁊ quamobrē: id quidē nō amplius cuiusq; est: nec facile. **I**taq; recte facere rarū et laudabile: ⁊ p̄clarū est. **Q**uo circa oportet: cū quis mediū affeḡ vult: ante oia lōgius abire a magis p̄trario. vt calipso mouebat dicēs. extra fumū et fluctuū nauē adige. **N**ā extremorū alterum magis: alterū min⁹ peccat. **C**ū itaq; mediū affeḡ sūme difficile sit. q̄ se cūdo loco est: minima malorū capiēda sūt: hoc aut fit maxie p̄ hūc modū que dixim⁹. **C**ōsiderandū est enī: ad q̄ nos p̄niores sum⁹. **N**ā alij ad ailia natura ferunt. **I**d intelligit ex voluptate et modestia: q̄ nobis puenit. **I**n contrariū aut nosmetipsos retrahere: ac remiti debem⁹. **L**ōge enī a delinquēdo secedētes/mediū inuenimus: instar eorū: q̄ flexa ligna

rectificat. In oibus maxime cauendū est a voluptate. Nō enim incorrupti de illa iudicamus. Quod igitur seniores ppli passi sunt erga Helenā hoc pati nos cōuenit erga voluptatē: et illoꝝ p oia dicere vocē. Nā sic illā trāmittentes/minus errabimus. Hec igitur faciētes: vt sūmatim dicā: maxime valebim⁹ mediū adipisci. Arduū certe hoc: ⁊ p̄cipue in singulis: nec facile determinare quō: et aduersus quos: et p̄ quibus: et quo usq; irascendū est. Nā et nos q̄nq; eos: qui nō irascunt/ laudam⁹: q̄nq; eos: qui irascunt. et illos mites: hoc fortes vocamus. Sed q̄ parū excedit i alterutrā partē: nō vituperat. Qui vō multū: his latere nō pōt. Sed quantū: et quousq; vituperādus sit/nō facile est diffinire v̄bo. nec aliud quicq; sensibiliū. Hoꝝ autē in singulis iudiciū est. et in sensu. Illud dūtaxat clarū est qd meli⁹ hitus i cūctis laudat: ⁊ qd declinare oportet q̄nq; ad excessū: q̄nq; ad defectū. sic ei facillime mediū adipiscemur.

Incipit liber tercius ethicorū Aristotelis. qui de quibusdā virtutū moralium tractat: et tres habet tractat⁹. Et iste p̄mus tractatus quos cōtinet capla. (Cap. i.) de his q̄ sponte queq; inuiti agimus et que dupliciter: primū sunt ea q̄ inuiti agimus tū p̄ violentiā: vbi ⁊ de mixtis actibus dicit: tū p̄ ignorantia: vbi de circūstantijs actu um agit. Deinde sponte acta definiens: ostendit ea que per irā aut concupiscentiam geruntur non effici ab inuitis.



Sicut cū virtus circa affectus et actus versat: ac in hijs: q̄ voluntaria sunt: laudes et vituperationes: in hijs vero: que in voluntaria: venia et interdū misericordia locū habeant: necessarium forsā est de virtute tractantibus: voluntariū et inuoluntariū diffinire. Utile etiā legūlatoribus ad premia penasq; cōstituedas. Vident autē inuoluntaria esse illa: q̄ per vim vel ignorantia

ppetranf: violentū est: cuius principū ab extra tale existit. in quo agēs vel patiens nihil confert. veluti si ventus tulerit aliquo: vel hoies p̄potentes. Que vero p̄pter metū maioris mali: vel propter bonū aliquod fiunt. vtrū si tyrannus turpe aliquid iubeat: habens in potestate parentes et liberos: et si pareat: seruētur. si nō pareat: interficiant. dubitatur vtrū ea voluntaria: an inuoluntaria sint dicenda. Tale aliquid accidit in actibus: q̄ propter tempestatē fiunt. Nemo enim sane mentis spōte iactat: sed pro salute sua et ceteroꝝ. Adixti sunt igitur huiusmodi actus. sed magis similes voluntarijs. Nā in electione sunt tunc: cū fiunt. Finis autē agendi scdm tempus existit. Et voluntariū igitur: et inuoluntariū: tunc cū agit dicendū est. Agit autē volēs. Etenim principū mouendi organicas partes in talibus actionibus in ipso est. Quorum autē in ipso principū est: in eo quoq; vtrū agat: vel nō agat. Quare voluntaria sunt hec talia: licet p̄ se fortasse inuoluntaria. Nemo. n. tale aliquid sponte faceret. In huiusmodi autē actibus quandoq; laudat: q̄ turpe aliquid et dolorosū subit pro magnis aliquibus et honestis: quandoq; vituperat. Nam turpissima quidē ferre pro nullo honesto: vel mediocri: improbi est. In quibusdā etiā laus nō cadit: sed venia. cuius quis ea fecerit: q̄ nō oportet: ob quedā intollerabilia: q̄ humanā naturā trāscendunt: et nullus vtiq; sustineret. Sunt etiā quedā: ad q̄ nemo cogi debeat: s; mortē potius: ac extrema oia p̄ferre. Nā eaq; Alemeonē Euripidis: q̄ compulerunt ad necē matris: ridicula vident. Difficile interdū est iudicare quale: pro q̄li suscipiendū sit. ⁊ quid pro quo sustinendū Difficilius etiā postq̄ cognoueris: in sentētia p̄manere. Plurimū enim accidit: vt ea q̄ expectātur dolorosa: illa vero ad q̄ compellimur: turpia

sunt .quare laudes et vituperationes circa eos sunt: qui compelluntur aut nō compellunt. Violenta itaqz simpliciter dicenda sunt: quādo externa est causa: nec agens quicq̄ confert. Que vō p se ipsa inuoluntaria sunt: sed nūc et pro alijs suscipienda: et causa in agente est: ipsa quidem p se inuoluntaria sunt: s; nunc et p alijs voluntaria: magis vō voluntarijs filia. agimus enī scdm singula. et hec voluntaria sunt. Qualia vero pro qualib; suscipienda sunt: nō facile tradi potest. multe enim differentie in singulis sunt. Quod si quis iocūda et honesta dixerit violenta esse: qm̄ illa ab extra cōpellunt: oia huic violenta forent. Nā horum causa oia omnes faciunt. et qui violenter et inuiti: moleste. q̄ vero propter delectationē: cū voluptate. Ridiculū itaqz est accusare externa ac nō seipm̄ potius: q̄ ab his facile capiat. Et honestoz quidē seipsum turpiū vero voluptatē. videt itaqz violentū id esse: cuius principijs externum est: nihil conferente illi. cui vis affertur.

Quod vero p ignorantia fit: nō oīno voluntariū est: sed illud inuoluntariū: cuius postea dolorē penitudinēqz suscipim;. Nam q̄ per ignorantia quid facit: nec postea fecisse dolet: nō volens q̄detti fecit: qd̄ nesciunt: nec rursus inuitus: qd̄ nō dolet. ergo q̄ per ignorantia facit: si peniteat: inuitus fecisse videt. si nō peniteat: cū alius sit esto nō voluntarius. nā melius est vt nomē propriū habeat. Aliud aut videtur p ignorantia facere: aliud ignorantē esse. ebrius quidē aut iratus: nō videt p ignorantia facere: sed p aliquid ex predictis nō sciens: sed ignorans. Ignorat enī ois. flagitiosus: q̄ facere a q̄busue abstinere oportet. ⁊ propter h̄mōi errorē: iniusti ac mali fiunt. Inuoluntariū dici debet: nō qm̄ quis ignorat vtilitatē. nō enī ignorantia q̄ in electione

cōsistit causa est inuoluntarij sed prauitatis. nec q̄ i vniuerso vituperant enī ppter hanc. Sed q̄ in singulis: in q̄bus: et circa q̄ actus sunt. Nam in his: cōmiseratio et venia locū habent. Qui enī aliquid hoz ignorat inuoluntarie facit. Forsitan ergo nō peius fuerit q̄ et quot ista sint determinare. Et q̄s itaqz: et quid: et circa quid: et in quo agit: interdum etiā quo velut instrumento: et cui? gratia: vt salutis: et quō vt sensim vel vehementer. Cuncta igit hec non insanus vtiqz nullus ignorabit. Clarū ergo q̄ nec agentē. Nam qua ratione seipm̄: sed quid agit qui is ignotare potest: veluti cū aut excidisse sibi: v' nescire q̄ archana essent vt Ibachilis de mysterijs. aut monstrare volentem dimisisse: vt q̄ catapultā. Credere potest q̄s esse hostē: qui filius sit. vt Adrope accidit. et astā emissam rotari: aut lapidē punicē esse. et cū salutis causa p̄cū fferit: necare. vel cū decere voluerit: vt magister ludi gladiatorij. Cū igit circa hec oia ignorantia verset: in q̄bus sunt actus: q̄ hoz aliquid ignorabit: inuitus videt fecisse: et maxime in principalissimis. Principalisima aut vident esse illa: in q̄bus actio est: et cuius gratia. p talē itaqz ignorantia inuoluntariū dicit: et p̄terea factū ipm̄ (dolorē et penitudinem afferat) oportet

Quam aut inuoluntariū violentū et p ignorantia: voluntarium vtiqz videbit esse: cuius in seipso principū est: sciēte singula que agit. forsitan enī nō bene dicit: esse illa inuoluntaria: que p irā aut concupiscentia fiunt. Primo enī nullū aliud aial voluntarie ageret: nec pueri etiā. Deinde vtrū nihil voluntarie agimus ex his: que p irā et concupiscentia. vel honesta quidē voluntarie: turpia vero inuoluntarie: sed ridiculū est. cū vna sit causa: absurdū vero dicere illa inuolun-

taria esse: que appetere oportet. Ac irasci in quibusdam oportet: et concupiscere quedam: ut sanitatem et doctrinam. Videtur autem involuntaria dolores afferre: sed que concupiscimus delectant. Insuper quid refert involuntaria sint: que per cogitationem, vel per iram delinquunt. utraque sane fugienda sunt. Sed videtur non minus humani esse irrationales affectus/actus vero hominum: ab ira et concupiscentia sunt. que involuntaria ponere/absurdum est **Capi. ij. ostendit electionem/ nec cupiditatem esse/ nec iram/ nec opinionem: nec omnino voluntatem: sed sponte a nobis fieri antecedente consultatione.**

Distinctum voluntarium et involuntarium diffiniuimus. consequens est: ut de electione dicamus. Ea namque familiarissima videtur esse virtutis. et magis quam res ipse mores/ostendere. Electionem voluntarium esse constat: non idem tamen. nam voluntarium: latius patet. voluntarium enim et pueris et alijs animantibus commune est. electio vero non. Et repentina voluntaria quidem dicimus: electionem vero non habere. que vero ipsam dicunt esse concupiscentiam: vel iram: vel voluntatem: vel opinionem quandam: recte dicere non videtur. non enim commune quiddam electio est: nec irrationabilium: sed concupiscentia et ira communa sunt: et incontinens: concupiscens quidem. sed non eligens facit. continens vero contra: eligens quidem: sed non concupiscens. Electioni: concupiscentia aduersa. concupiscentia vero concupiscentie nequaquam propterea concupiscentia voluptarij est atque molesti. Electio autem neque molesti neque voluptarij. Ira etiam minus. Nam que per iram fiunt: minime per electionem fieri videtur. Sed nec voluntas: quamvis propinquum quiddam apparet. Nam electio: non est impossibile (et si quis hanc electionem vocet: insipiens videtur) Ac voluntas impossibile est: veluti immortalitatis. Est etiam voluntas circa illa: que ab eo ipso: que vult nequaquam fiunt. veluti histri

onem aliquem: vel pugilem vicere. Uerum hec talia et id nemo. sed ea duntaxat: que ipse facere posse existimat. Insuper: voluntas: finis est magis electio autem eorum: que sunt ad finem. utputa sanos esse volumus. Eligimus autem illa: per que sane sumus. et felices esse volumus. Eligimus autem dicere: non congruit. Omnino autem videtur electio circa illa versari: que in nostra sunt potestate. Sed nec opinio quidem erit. Nam opinio circa omnia videtur esse. nec minus circa eterna et impossibilia: quam circa illa: que in nobis sunt. Nec bono nec malo: sed vero et falso distinguitur. At electio: per illa magis. Sed in totum idem esse electionem: quod opinionem: nemo fortasse dicit. Ac certe nec in parte aliqua idem est. Nam propter electionem bonorum aut malorum: tales aliqui sumus. propter opinionem autem: non. Et eligimus capere: aut fugere: aut aliquid hominum. opinamur autem quod res ipsa sit: et in quo concludat: et qua ratione utilis sit. capere vero/aut fugere: non minus opinamur. Et electio laudat magis: quam quod opus est/elegerit: quam quia rectus elegerit. opinio autem: propter veritatem laudat. et eligimus que magis scimus bona esse. opinamur autem: que non multum scimus. Nec sane idem videtur eligere optima. et opinari. Sed opinatur quidam melius. At tamen propter prauitatem: deteriora eligunt. Utrum vero antecedit electionem opinio: an magis sequatur: nihil refert. neque enim id querimus: sed an idem electio sit: quod opinio quedam. Quid igitur: aut quale est electio: cum predictorum nihil sit: voluntarium quidem esse constat. Sed non omne voluntarium electionem habet. ac id tantum: cuius consultatio antecessit. Nam electio: cum ratione et cogitatione est. quod et nomen ipsum significare videtur: quasi e quibusdam propositis: unum aliquid legatur id est capiatur.

Capi. iij. et quid a nobis consultabile/ et quale id sit

ostendit consultabile scilicet esse mediū finis quod in nostra est potestate: incertū quatenus euadat. Deinde magis specialiter qualiter sit consultatio/et de quibus declarans: eius rōnem aperit: et terminum habere ostendit. Postremo eligibile electionem finit.

Coed vtrū oia in consultationē cadūt: an quedā sunt: i quibus cōsultatio locū nō habet: forsan dicendū est id i cōsultationē venire: nō de quo isipiciens: aut fatuus. sed de quo sane mētis aliq̄s cōsultaret. Be eternis aut nemo consultat. veluti de mundo: vel de diametro: vel de latere. q̄a icommēsurabilia sunt. Sed neq̄s de his: que in motu: et semper eodē modo existunt. siue necessitate. siue natura. siue propter aliā causam. veluti de ortu aut cōuersione syderū. Neq̄s de his que alias aliter accidunt: veluti de siccitatibus et imbribus. Neq̄s de his que sunt a fortuna: veluti de thesauri iuentione. Sed neq̄s de humanis oibus. nā quemadmodū scitarū res publica optime gubernet: nemo lacedemonus consultat. hec eni per nos: agi nō possunt. At illa veniunt i consultationē: que agi possunt: et a nobis q̄dem agi. Sūt autem et alia h̄mōi. Causa videt esse natura: et necessitas: et fortuna: et mens et oē quod per hōiem. Hōies vero de his consultant: q̄ sibi agibilia sunt. Circa manifestas et sufficētes disciplinas: nō est consultatio. ut puta de litteris nemo ambigit: quemadmodū scribi debēt. Sed quot a nobis fiunt. nec semp eodē modo: ea sunt h̄mōi vt in deliberationē cadant. Veluti illa: que ad medicinā: et ad rē pecuniariā prinent: et circa gubernatiuā magis: q̄ circa gymnasticā. quāto illa minus est manifesta. Magis vero circa artes: q̄ circa disciplinas cōsultatio cadit. Nā in his: magis dubitamus. Consultatio vero versat in his: q̄ frequētis accidunt: et icerta quemadmodum euadant. et indeterminata sunt. Su-

minimus et alias ad conciliū: cū de rebus maioribus deliberare volumus: nō satis nobisipsis ad discernendum confisi. Nec sane de finibus cōsultamus: sed de his: que sunt ad finē. Medicus eni nunq̄ consultat an sanū faciat: nec orator an psuadeat: nec gubernator rei. p. an bene instituat ciuitatē: nec alioz quispiā de fine deliberat. sed posito fine: quemadmodū ad illud perueniat/considerant. Et si per multa fieri posse constat: per quod illoz facillime et optime fiat/perquirif. Si vero p vnum quemadmodū per illud fiant. et id rursus per quod: donec pueniant ad primā causā: quod in iuentione vltimū est. q̄ eni consultat: videtur querere: ac resolucere p̄dicto modo quasi diagrama. sed videt nō ois perq̄sio esse consultatio: seu cum mathematici aliq̄d perq̄runt. Verum ois consultatio perq̄sio est. et quod vltimum in resolutione: id primum in generatione. Et si in aliquod icidunt: quod impossibile videatur: illud omittunt. Veluti si pecunijs opus sit: quas habere nō possunt. Sin autē videt possibile: tunc facere aggrediunt. Possibilia intelligenda sūt que nos possumus. Nam q̄ per amicos fiunt: per nos quodāmodo sūt q̄a principium in nobis est. Querunt vero quandoq̄ instrumenta: quādoq̄ opus illoz. illo modo i reliq̄s quandoq̄ per quod: quādoq̄ quomodo: aut quo mediante. Videtur homo (vt diximus) principius esse agendi. Conciliū vero de his esse: que cōsultanti agibilia sunt. Actus vero alioz gratia. Non cadunt igitur in consilium fines: sed ea que sunt ad finem. Neq̄s certe singulares res. Veluti si panis est hoc. et si digestum est: vt oportet. Nam ad sensum id attinet. Quod si semper consultitur: in infinitum erit progressus. Consultabile et eligibile: idesunt. nisi q̄ eligibile: rem iā p̄idem determinatā significat. Quod eni in

deliberando ceteris p̄tulimus: id eligibile dicif. Definit aut̄ tunc demū vnusquisq̄ querere: quemadmodū aget: cū in se ipsū reducit principiū: et ipsius in antecedens. Hoc enī est: quod eligif. patet hoc ex vetustis institutis: q̄ Homerus secutus est. Reges enī q̄ elegerant: denūciabāt in populū. Cū enī sit elegibile cōsultabile affectabile eorū: q̄ i nobis sūt electio vtiq̄ erit cōsultatio affectatio eorū: q̄ in nobis sunt. Ex cōsultatione. n. iudicantes: affectamus sc̄m cōsiliū. De electione igif̄ hactenus dictū sit: et circa q̄ existat: et q̄ circa illa versaf: q̄ sunt ad finem.

Cap. iiii. Ostendit simpliciter et reuera verū bonū voluntate esse desiderabile. vnicuiq̄ vero quod vnicuiq̄ videtur.

¶ Quod voluntas ei⁹ est: qm̄ est finis. Sed videt̄ alijs q̄dē boni esse: alijs opinati boni. Atq̄ ex eo fit: vt q̄ boni esse dicunt neget ea nos velle: que nō recte cupimus nihil enī volumus nisi bonū. Effet autem malum: si ita contingeret. Sed qui opinatum bonum dicunt: nō natura: sed vt cuiq̄ videtur: bonum appellant. Verum autez aliud alijs: et sic contraria extiterunt. Quod si ista nō placent: dicēdus est simpliciter: et sc̄m veritatem id esse volendum: quod bonum sit. verum singuli quod bonum apparet: sequuntur. Ex quo fit vt studioso quidem viro verum sit bonum. prauo autem vt contigit. Quod in corporibus quoq̄ accidit. Nam sanis quidem salubria sunt ea: que reuera sunt salubria. Egrotus autem alia. eodemq̄ modo amara et dulcia et calida et graua et cetera huiusmodi. Studiosus enī vir singula recte iudicat. et i vnoquoq̄ verum discernit. Cuiusq̄ enī h̄tus propria q̄dē sunt bona et mala et iocunda. ac forte in dignoscenda v̄tate studiosus vir plurimū ancillit: q̄si regula et mēsurā illoz̄ existens. Multitudinē

vero vt videt̄: voluptas decipit. que licet bonum nō sit: tñ apparet. Sequunt̄ ergo voluptatē tanq̄ bonū: dolorē vero tanq̄ malū fugiunt.

Cap. v. ostendit vt virtutes ita vitia in nostra esse poreitate: auferens omnem excusationem malozum. Ostendit enī quē libet diligentiam ad bene agendum adhibere posse: licet post habitum vitij contractum difficile sit. Confirmat preterea ipsius apparentie. boni dominos nos esse: et caullationi se male natos conquerentium respōdens propositum infert. Deinde epilogum facit: et transitum singulas virtutes demonstrandas.



¶ Quam itaq̄ finis sit id: qd̄ volumus: consultatio vero atq̄ electio eorū sit que sunt ad finē: seq̄tur vt actus sc̄m electionē: sint et voluntarij. Opationes aut̄ vtutuz circa ista v̄lant̄. Sūt vō in nostra potestate vtutes et vitia. Nam in q̄bus vtrū agam⁹: vel nō agamus i nobis est: ea i nostra sunt pt̄ate. Quare si agere honestū existēs in nobis est: certe et nō agere turpe existens i nobis est. Et si nō agere honestū existens in nobis est: certe et agere turpe existens i nobis est. Quod si ita est i nobis honesta et turpia agere: simpliciter et nō agere hoc aut̄ erat bonos et malos esse: i nobis erit probos et improbos esse. Dicere aut̄ q̄ nemo volens prauus sit: neq̄ iuitus felix. Alterum falso: alterū vero simile videtur. Porro felix nemo iuitus est. Prauitas aut̄ voluntaria res est. Vel recedendū est ab h̄ijs: q̄ p̄misimus et dicendum: hominem nō esse principium: neq̄ generationez rerum: quemadmodum filiozū. Quod si illa constāt: nec in aliud principiū q̄ in nos ipsos referre possumus (quozū principiū in nobis est) illa in nobis erūt et voluntaria. Id attestari videtur singulozū opinio: et legumlatores: qui aduersus delinquentes penas cōstituunt. si modo nō vi coacti neq̄ per ignorantiam: cuius ipsi causa nō fuerint: deliquerunt. Illis

vero: q̄ bene agunt: premia constituerunt: quasi alios iuitantes: alios deterrētes. Atqui de ea: que neq; i nobis sunt: neq; volūtaria: nullus hortatur. Quippe frustra hortaref q̄s: vt nō caleret: vel non frigeret: vñ nō esuriret: aut aliquid tale. Quāuis enim hortatus: nihilominus illa pateretur. Verum per ignorantiam cōmissa puniunt. si ipse cōmitens causa ignorātie videat fuisse: seu aduersus ebrios duplici pena cōstituta. Principium enim in ipsis est. cum in eorū potestate fuerit: ne e huij fierent: quod causa est eorū ignorantie. Pununt et ignorantes aliquid ex huij: que legibus continent: que vtiq; scire oportet: nec difficilia sunt. Eodē modo i alijs: que p negligentia ignorant quasi in ipsis sit: ne ignorent. Poterāt eni diligentia adhibere. Sed forsā talis est quis: vt diligens esse nequeat. At vero hi sibiipsis dissolute viuendo: causa sunt vt iniusti et improbi fiant: in maleficijs et flagitijs degētes. Nam quales sunt actus cuiusq;: talis tandē et ipse euadit: quod in oibus studijs exercitationibusq; conspicitur. Ignorare igit: qd ex actib; habitus fiunt: nimum ebetis est. Absurdū etiam dicere iniuriante: nolle esse iniustū. neq; flagitia patrantē: flagitiosum. Quod si q̄s nō ignorās agit ea: ex q̄bus erit iniustus: volūtarie erit iniustus. Nec tñ si velit iniustus: cessabit iniustitia. ac iustus fiet. Nō. n. egrotās sanus fit: et si ita contigat: vt spōte egrotaret p incōtinētia atq; lasciuia pceptis medicorū aduersari. Tūc ergo licebat illi nō egrotare. s; nūc nō amplius licet. Quemadmodū nec emissum lapidē: q̄s retinere potest: fuit tñ in illo cape ipsum: atq; non emittere. Principiū eni in ipso. sic iniusto et flagitioso licebat ab initio talem nō esse. ex quo fit vt volens delinquat. Sed postq̄ talis factus est: nō licet postea sibi talē nō esse. Nec solum

animi vitia voluntaria sunt: sed interdū etiā corporis: q̄ certe carpinus et increpamus. Nam q̄ natura deformes sunt: eos nemo rephendit. s; eos: qui per negligentiam atq; incuriam tales sunt. Idem facimus circa imbecillitatē: et turpitudinem: et cecitatem. Nemo increpat cecum natura: aut egritudine aut vulnere: sed magis miseref. Quod si ppter ebrietatē: aut aliā hmoi causam cecus fiat: omnes increpant. vitia igit corporis: que in nostra sunt potestate/culpant. que nō sunt: nō culpantur. id si ita est in alijs queq; vitia q̄ culpant: in nostra sunt potestate. Quod si quis dixerit: omnes affectare id: qd̄ apparebit bonū: sed ipsis apparentie dnos nō esse: sed qualis quisq; est: talē illi finem videri. Si quis sui hitus quedāmodo causa sibi est: et apparētie certe erit idē ipse quodāmodo sibi causa. Sin aut nullus sibi causa est male agēdi: s; propter ignorantia finis hoc agit: putans sibi optimū esse ita facere: affectatio aut finis nō in nostra potestate: sed ita natura genitos nos esse oportet: vt tanq̄ intuitū ad discernendū optima: et expetendū verū bonū habeamus. atq; ille generosus est: cui hoc a natura consistit. rem eni optimā atq; pulcherrimā (quā nec ab alio accipere: neq; discere potest: qualis a natura est instituta) talē habebit. atq; ita natū esse: ea demū pfecta et vera est generositas. Idec igit si vera sunt: qd̄ magis vtus q̄ vitii erit voluntariū: vtriq; eni eodē modo et bono et malo finis natura erit. vel vtrūq; tandē videf: ita iacet: reliqua vō ad hec referentes vtrūq; agunt. Siue igitur finis nō a natura cuiq; qualiscūq; apparet sed preter hoc aliq; est: siue finis q̄dem ipse naturalis est: s; q̄a in alijs agendis studiosus voluntarie agit: vtus voluntaria est. nihilominus et vitia erunt voluntaria. Nā vt illa bono: sic ista malo p seipsum existāt

si nō in fine: at in rebus agendis. Si itaqz (vt dicitur) virtutes volūtariē sunt (quia habituū nostrorū nos ipsi quodāmodo causa sumus: et quales sumus ipsi: talē ponimus finē) et vitia certe voluntaria sunt. nā filis i vtriusqz ratio est. **De** virtutibus ergo nobis cōmuniter dictū sit et genere: qz mediocritates quedā. et qz habitus et quibus fiunt: eadē quoqz operant. et qz voluntarij sunt. et in nobis atqz ita vt recta dictat ratio. Sed hitus qdem nō ita: vt actus volūtarij sunt. Quia actuū nostrorū ab ipso initio vsqz ad finē dñi sumus. ac singula nouimus. hitum vero: ab initio cognoscimus: at singula: que postea addimus (seu in aduersa valitudine) ignoramus. Sed ideo voluntarij dicuntur hitus: qz in nobis erat hoc vel illo modo vti. Resumentes igitur de singulis dicamus virtutibus: et qualis queqz sit: et circa quid: et quō. **Et** quo illud etiā apparbit: quot virtutes sunt. **Ac** primo de fortitudine dicere ordiamur.

Tractatus secundus tercij libri ethicoꝝ. de fortitudine et eius extremis ptractās: quatuor habet capita. Cap. i. ostēdit virum fortē proprie estimari circa mortē pulcherrimā: quā sit i bello.

Mediocritatē esse fortitudinē in metuendo et audendo dictū est prius. **M**etuumus autē illa: que terribilia sunt. **Ea** (vt simpliciter dicam) sunt mala. **I**taqz metū diffiniūt expectationē mali. **M**etuntus ergo oīa mala: seu infamiā: egestatē: morbos: inimicicias mortē. Sed nō videt circa hec oīa fortitudo versari. **Nā** sunt quedā qz metuere honestū sit: et nō metuere/turpe. veluti infamiā qz timet: humanus et verecundus. qz nō timet: impudens est. **V**icif tñ a quibusdam fortis per similitudinē: qz simile aliqd habere videat. nā et ipse fortis: impaudus est. **N**ec paupertas forsā metuenda est: neqz morbus: nec illa (vt summatim dicā) que neqz ab improbitate: neqz a nobis proueni-

unt. **N**ec tñ qui ista nō metuit: fortis est. sed vocamus et hunc fortē per similitudinē. **Q**uidā enī in bellicis periculis meticulosi: liberales sunt. et ad arogandas pecunias: satis habent audacie. **N**ec autē qz pro filiorum atqz vxoris pudicitia metuit: aut iuidiam: vel aliqd tale: timidus est. nec certe fortis: si virgis cedendus nō terref. **I**n quibus igitur terribilibus fortis dicitur? **I**n maximis: nullus enī piculoꝝ tollerantior. **T**erribilissimū vero oīm: mors. **H**ec enī finis est. **N**ec quicqz p̄terea bonū vel malū mortalibus videt esse. **S**ed nec circa oē genus mortis fortitudo videt. seu in mari aut in morbis. **I**n quibus igitur: an i pulcherrimis talia vero sunt in bello. **I**n pulcherrimo sane: et maximo periculo. **T**estantur honores a ciuitatibus et regibus constituti. **P**roprie igitur fortis dicitur: qz ad honestā mortē. et ad ea oīa: que repente illā afferant/iterritus est. **Ea** vero: maxime i bello contingunt. **Q**uamobrē et i mari: et in morbis fortis vir iterritus est. nec ita: vt naute. **Nā** illi qdē desperata salute tale genus mortis moleste ferunt. hi vero: propter experientiam confidunt. **E**t simul audēt: in quibus est opus fortitudine: aut pulchrum mori, quorū neutrum in hōi mortis genere existit.

Cap. ij. actus viri fortis: et audacis: atqz meticulosi comparat: ostēdēs fortē virū circa materiā suā mediū oīno fuare.

Que sane terribilia omnibus eodē modo sunt. **V**icimus aliqd terribile supra hōiem: quod cuiqz mentē habēti terribile est. **Q**ue vero scdm hōiem terribilia: magnitudine differunt. **S**imiliter autem et ausus. **F**ortis vir impaudus ē vt homo. **Q**uare timebit hec vt oportet: et vt dictat ratio tollerabit decoris causa. hoc enī vtutis finis est. metuunt autē hec magis et minus. **B**eliquit vero quādo aut ita fit

vt nō oportet: aut nō ita: vt oportet: aut nō quando oportet: aut aliqd
hōi: Eodē modo et in audendo. Qui igit que oportet: et cuius grā:
et quando: et vt cōuenit: sustinet: ac metuit: et audet: his fortis est, vt
eni dignū: 7 vt ratio p̄cipit: patit: et agit fortis. Finis aut cuiusq; acti
onis est scōm habitū. Forti vero: fortitudo decorū videt. talis igit est fi
nis. Singula aut: ad fines terminantur. Decoris aut causa: vir fortis
subit: atq; agit fortitudinis opera. Excedentiū vero: q̄ in nō metuēdo
excedit: absq; noīe est. Diximus 7 prius multa esse innoīata. Fortis au
tem hic stupidus q̄dam: et insanus: si neq; terremotus. neq; fluctus p̄
timeat: vt de celtis dicit. Qui vero audendo excedit: ferox est. Videt
aut ferox iactator q̄dam: 7 fortitudinis simulator. Itā qualis fortis cir
ca terribilia est: talis iste videri vult. Itaq; imitat illū: in q̄bus potest
Ex quo fit: vt pleriq; illoz: admittā habent cū timore audatiā. Appe
tentes eni: pericula nō sustinent. Qui aut metuendo excedit: timidus
est. Nam et q̄ nō oportet: et vt nō oportet: et oīa hōi: hunc sequūtur
Deficit et audendo. sed i molestus: supercedens magis in eo conspicit
Desperans q̄dem meticulous est. cuncta eni formidat. fortis cōtra p̄
pter fidutiā: bonā spem habet. Circa eadē igit versant timidus: 7 fe
rox et fortis: sed aliter atq; aliter ad illa se habent. hi q̄dem excedūt: ac
deficiunt: hic vero mediocritatē tenet: et vt oportet. Et feroces q̄dem:
proclues sunt: et volentes: ante pericula: sed cū pericula adsunt: nō su
stinent. fortes vero cū aduenerit: feruidi sunt. ante rē vero: quieti. Ut
igit diximus: fortitudo mediocritas est: in metuendo et i audēdo: de q̄
bus dictum est. et q̄a decorū est: suscipit: et tollerat: vel q̄a turpe: non.
Adortē vero appetere ob fugiendā paupertatez: aut amorē: aut aliud

quicq; graue: nō fortis est: sed magis timidi. Est eni mollities quedā
laboriosa fugere. Et non q̄a decorum sit: mortem subit: sed q̄a malū de
uitat. Fortitudo igitur: tale aliquid est.

Capi. iij. quinq; modos eorum qui fortes esse vidē
tur/ ad veram fortitudinem confert.

Bicunē 7 alie: quinq; modis. Primo ciuilis: que plurimā cū
illis cōuenientiā habet. Vident eni ciues picula subire me
tu penarū: et propter infamiā: 7 honorē. Atq; ea de causa fortissimi vi
dent esse: apud quos timidi infames sunt: fortes vero in pretio habent.
Tales Homerus facit aliquos: vt Biomedē et Hectorē. Polidamas
me prius redarguet: et Biomedes. Hector eni q̄nq; diceret apud troya
nos consionās. Tirides a me. Similis aut hec maxime est illi: de q̄ su
pra diximus p̄ vtutem fieri. Ex pudore eni et cupiditate decoris proue
nit: q̄ndo honoris gratia: et ob fugiendā vituperationē: que turpis est
In eodē gradu quis reponat et eos: q̄ a magistratibus cōpellunt. s; co
deteriores sunt: q̄ nō pudore sed metu adducti id agūt: nec dedecus fu
giunt: sed penā. Compellūt eni ab his: q̄ potestatem aduertendi ha
bent. Et apud Homerū Hector inquit: si quē ego procul a pugna for
midantē aspexero: nō ei sat erit fugere canes. Prefecti quoq; eos: qui
recedunt a pugna: verberibus cogūt redire. et p̄o vallo aut fossa collo
cant. Omnes eni cogunt. Sed oportet nō necessitate: sed quod decorū
sit: forte esse. Videt etiā rerū peritia fortitudo esse quedā. Quamobrē
Socrates censebat fortitudinē esse scientiā. Tales sunt i bello milites:
7 alij q̄dem in alijs. Bellū vero multos terrores vanos habere videt.
hiq; militibus noti sunt. Itaq; fortes ipsi credunt. qm̄ alij qualia illa

sunt/ignorant. Beinde ⁊ hostē offendere: ⁊ seiplos tueri propter per-
tiam marie possunt: ⁊ armis vtunt ad vulnerandū hostē ⁊ se tuendum
aptissimis. Ex quo fit: vt ipsi armati seu aduersus inermes decertent:
⁊ velut athale aduersus rudes ⁊ iexercitatos. Itā ⁊ in certaminib⁹ nō
fortissimi: s; amplas vires ⁊ robusta habētes corpora pugnacissimi ha-
bent. Sed milites q̄dem timidi sunt: quādo maius periculū iminet: ve-
luti si pauciores aduersus multos aut imparati aduersus paratos: in-
structosq; congregiant. Primi enī fugā arripiunt. vrbane vero copie
manent: atq; intereunt qđ apud hermeū accidit. Itā his turpe fugere
⁊ mors h̄mōi saluti preferenda. Illi vero quasi supiores ab initio se pe-
riculis obiectarunt: moxq; intellecta re: fugā arripuerūt mortē magis
q̄ dedecus formidantes. sed fortis nequaq; talis est. Ira quoq; i forti-
tudinē referunt. Vident enī fortes: q̄ per irā: seu fere bestie i percusso-
res/ferunt. qm̄ ⁊ fortes iracūdi sunt. Impetuosissima q̄dem res est ad
pericula capeffenda aī cōcitatio. vnde Homerus: robur aio iniecit. Et
alibi. vim et aīm concitauit. subitq; p̄nares impetus: et efferbuit san-
guis. hec oia significare vident aī concitationē et impetus. Fortes igit
propter decus faciunt. Ira vero eos adiuuat. Bestie vero propter do-
lorē: si vulnerate sint: aut timeant. Itā cū in silua vel i palude sunt: ne-
quaq; iuadunt. Itō est igit fortitudo: si dolore aut ira concitati in peri-
culū deferunt nihil p̄uidētes eoz. que icurrūt. Itā sic asini quoq; for-
tes essent: cū ne verberibus q̄dem a pabulo remoueri possunt. ADechi
etā p̄opter libidinē multa audent. Itō ergo sunt illi fortes dicendi: q̄
propter dolorē: aut irā pericula adeūt. Proxime aut ad eā: que est ma-
xime scđm naturā: accedere videt fortitudo: que per irā fit: si modo ele-

ctionem rationēq; ante susceperint. Et hoies sane irascendo q̄dem do-
lent. vlciscendo vero letant. Sed q̄ per hec agunt: pugnaces q̄dem sunt
at nō fortes. Itō enī decore: neq; ratione: sed aī perturbatione id agūt
habent tñ aliqđ simile fortibus. Neq; q̄ propter fidutiā sui audēt: for-
tes vtiq; sunt. Cōsuetudine enī vincendi fidutiā in periculis suscipere.
In eo tñ fortibus similes: q̄ vtiq; pericula contemuūt. verū fortes ob
eas rōnes: quas supra diximus. Isti vero q̄ superiores se forte sperāt
nec eis resisti posse. Sed ebrij quoq; tale aliqđ faciunt. fidentes enī sūt:
cū ebrij sunt. Cū vero nō sunt ebrij: pericula fugiūt. viri autē fortis est
que hoibus terribilia vident: et sunt: ea subire: q̄a decorū sit ita facere
et turpe nō facere. Quamobrē fortior esse videt: q̄ subitis improuisisq;
periculis nō turbat: q̄ qui manifestis atq; prouisis. Ihabitu. n. magis
hec agit: vel certe minus ex preparatione. nā p̄uifa q̄dem rōne ⁊ cogi-
tatione subire q̄s potest. Repentina vero vt habitus est: ita proferunt
Fortes vident: et q̄ ignorant: nec multū absunt ab his: q̄ propter fidu-
tiam audēt: sed eo deteriores sunt: qđ nō existimatione vt illi/ sed igno-
rantia audent. Itaq; illi sustinent aliquod tēpus. Ibi vero simul atq;
intelligunt aliena esse: q̄ ipsi putabant/ aufugiūt. quod Argiuis cōti-
git: cū in lacedemonios inciderunt: quos Sicionios esse putabant. Bi-
ctum est q̄ fortes sunt: et qui fortes videantur.

Cap. iiii. proprietates fortitudinis declarat eā qui
dem magis circa metus q̄ fidutias versari: eam dolores afferre: s; timē
iocundum esse. Ad extremum infert nihil obstare reuera fortes nō esse
interdum milites prestantissimos.



Quamuis aut circa terribilia ⁊ audenda fortitudo sit: nō tñ
pariter in vtroq; versat: sed magis circa illa: q̄ nos terrent.

q̄ eni circa illa interritus est: atq; ita vt oportet: in illis se habet magis est fortis: q̄ qui circa audenda. Tolleratione eni grauiū ⁊ asperū rerū fortes dicunt. Itaq; graue q̄ddaz ⁊ asperū fortitudo est. ac merito laudatur. Difficilius est eni dolores p̄peti: q̄ a voluptatibus abstinere. Attamē finis in fortitudine dulcis esse videt. Sed a rebus circūstantibus obscurari: quod in gimnicis certaminibus euenit. Nā pugilib⁹ finis ipse dulcis est: cuius gratia corone honoresq; existunt. Plagis vero p̄cuti (si modo illi e carne sunt) dolorosa sane atq; molesta ⁊ oīno laborosa res est. Cūq; hec multa sunt: ⁊ illud cuius gratia fiunt paruis nihil dulce continere videt. tale igit̄ q̄ddam accidit circa fortitudinem. Adors ac vulnera forti viro dolorosa sunt: eaq; nollet. P̄fert tamē quoniā decorū est illa perferre: vel turpe nō perferre. ⁊ quāto magis oī virtute pollet: quātoq; felitior est: tanto magis illi molesta est mors, nā h̄mōi vir maxime dignus est vita: ⁊ maximis bonis priuat̄ sciens. Doloroso certe res: ac nihilominus fortis: ⁊ eo fortasse magis: quod decus ⁊ gloriā belli antepōnit illis. Nec sane in oībus v̄tutibus cū delectatione operari licet: nisi quatenus finē attingunt. Adilites nihil vetat: etiā si tales nō sint: tñ optimos esse parati siq̄dem ad pericula vitā p̄ viri mercede abijciunt. De fortitudine igitur hactenus dixisse sufficiat. Quid v̄o illa sit: nequaq; difficile fuerit: ex his: q̄ dicta sūt/recolligere.

Tractatus tercius terciij libri ethicoꝝ. agens de tēperantia: et tria continet capitula. ¶ **Cap. i.** ostendit temperantiam circa voluptates in gustu ac tactu variari: ⁊ precipue in tactu: qui sensuum est communissimus.



Dist hanc de temperantia dicamus. videt eni hec virtutes irrationabiliū esse partiū. q̄ igit̄ temperantia circa volupta-

tes mediocritas est/supra dixim⁹. Adinus eni et nequaq; similiter circa dolores. In his aut̄ ⁊ intemperantia esse videt. Sed circa quas voluptates sit/nūc determinemus. Distinguede sunt voluptates ai ⁊ corporis, seu auditas honozis: ⁊ auditas discipline. Uterq; eni istozū eo gaudet: cuius audus est: nihil paciente corpore: sed magis intellectu. Sed in h̄mōi voluptatibus neq; tēperantes: neq; intemperantes dicuntur. eodēq; modo in ceteris voluptatibus: q̄ corporū nō sunt. Qui eni fabulis ⁊ narratiōibus delectant̄: ⁊ circa singula dies cōsumūt: v̄bosos q̄dē: s; nō int̄pantes appellam⁹. nec eos etiā q̄ grā pecuniarū aut amicorū dolorē suscipiūt. At circa corpis voluptates tēperantia existit. nec eas tñ oēs. Nā qui visu delectat̄ veluti colore: forma: pictura: neq; tēperantes: neq; intēperātes dicunt̄. quanq; fieri potest: vt hi: ⁊ quantū debent: et plus: ⁊ minus delectent̄. Eodē modo et in auditu. q̄ eni vehementius gaudent cantu: aut pronūciatione: eos nemo intemperātes vocat: nec eos: qui vt oportet gaudenti temperātes. neq; circa odoratū nisi p̄ accidens, nā q̄ pomozū aut rosarū aut vaporū odoratibus gaudēt eos nō intemperātes dicimus. Sed illos magis: qui vnguentozum aut epularum. quoniam per illos memoria subit earum rerum: quas ipsi concupiscunt videre licet quosdā: cū esurunt: odore epularum gaudentes. Hijs autem gaudere intemperantis est. nam illoꝝ sunt huiusmodi cupiditates. Nec fit alijs animantibus p̄ hōke sensus voluptas v̄la: nisi p̄ accidēs. nō eni odore leporū gaudēt canes: s; esu. Odor tñ: vt sentiant/facit. neq; leo voce bouis: sed laniatu: quod tñ propinquus est per vocē sentit: atq; eo gaudere videt. Circa huiusmodi igit̄ voluptates temperantia ⁊ intemperantia consistit: q̄ ⁊ alijs aialibus cōmunes

Tractatus tertius. Tercij

sunt. Ex quo fit ut ferules bestialesque videantur. Sunt autem he tactus et gustus: sed quidem parum aut nichil uti videntur. Est. n. eius iudicium in labiis quod faciunt: qui vina pbant: aut epulas preparant: nec multum his gaudent: vel saltem non intempantes quidem: sed vescendo gaudent. Quod totum fit per tactum in cibis et potibus et venereis. Itaque precatus est quidam gulosus: longius sibi guttur: quam ciconie fieri: quam videlicet tactu gaudebat. Sensuum igitur communissimum est is: per quem intemperantia fit: atque ob id merito vitupatur: quod non quia homines sumus: sed quia animalia existit. Talibus ergo gaudere: atque deditum esse/boni bestiale est. Enivero liberalissime omnium voluptatum: que per tactum pueniunt/excipiuntur: velut que in gymnasiis per laborem ac sudorem fiunt. Neque. n. in toto corpore est intempantis tactus. Sed in partibus quibusdam.

Capitulum .ij. ostendit circa communes voluptates uno modo circa proprias multipliciter peccari. Aliter temperantiam circa dolores quam fortitudinem esse intempantem a cupiditate vincit. insensibiles vix reperiri. Temperantem circa dictas voluptates medium secundum rationem rectam obiecare.



Cupiditatum alie communes esse videntur: alie proprie atque apposite: veluti cibi: que naturalis est. Omnes. n. cupiunt: quando indigentia adest sic cum aut humidum nutrimentum. quandoque vero vtrumque et lectum Homerus inquit iuuenis et florens. huiusmodi autem vel illiusmodi non amplius omnes: nec eadez. Quocirca videtur necessarium esse. habet tamen aliquid naturale. Alios enim alia delectant. et quedam quibusdam magis placent. In naturalibus ergo cupiditatibus pauci delinquant: et in vino ad plus. Comedere. n. quecumque: et bibere: quo ad superflua impleatur: excessus est naturalis cupiditatis secundum multitudinem. Repletio. n. indigentie naturalis cupiditas est. Quapropter dicuntur

libri Ethicorum. XXXIII

illi debiti ventri: quasi ultra debitum implentes illum. Sunt autem hi nimium ferules. Circa proprias autem voluptates multi multipharia delinquant. Tales enim amatores dicuntur: aut que gaudent: quibus non debent: aut magis quam debent: vel quam plerique: vel non ut debent. In cunctis autem intemperantes excedunt. Nam et gaudet: quibus non debent: et odio dignis. et si in quibusdam gaudere oportet: magis gaudet: quam liceat: et quam plerique gaudeant. Excessus igitur circa voluptates: quod intemperantia: et vituperabilis est: constat. Circa dolores autem: non ita ut in fortitudine propter tolerantiam dicuntur temperans. et intemperans autem: que non tollat: sed intemperans dicuntur: que nisi voluptate potiantur: magis dolet quam oportet. Dolorem vero sibi affert voluptas. Temperans autem: que absentia voluptatum non dolet: et que presentibus abstinet. Intemperans igitur concupiscit voluptaria omnia: vel que maxime et impellit cupiditate ad hec alijs preferenda. Quapropter et non adipiscens et concupiscens dolet. Cum dolore enim cupiditas est. videtur autem absurdum propter voluptatem dolere. Deficientes autem in voluptatibus aut minus gaudentes quam oportet: vix reperiuntur. Nam non est humana hominibus insensibilitas. Etenim cetera animalia distinguunt cibos: et his gaudent. alijs vero non gaudent. que si alijs: que nihil delectet: nec quicquam alijs proponat: longe hic ab homine abest: nec nomen sortitus est. que non facile reperit. Temperans autem mediocriter circa ista se habet. neque enim gaudet his: quibus maxime intemperantes: sed moleste fert. neque omnino quibus non oportet. nec nimium tali aliquo delectatur. nec si absit: dolet: nec cupit nisi mediocriter: et ut oportet. Idem faciet in ceteris voluptatibus: que istis non aduersatur: nec sunt contra honestatem: aut supra facultates. Nam que ita se habet: plus quam dignum sit voluptatem amplectitur. Sed temperans nequaquam talis est: sed que recta dicitur ratio.

Cap. iij. intemperantiā nostrā magis spōte quā timi-
ditate cōparari: nomē intemperantie ad puerilia q̄ delicta fieri solere cu-
piditates mediocres esse, et cū ratione concordēs oportere ostendit.

Intemperātia magis volūtaria videt̄ q̄ timiditas. Nā hęc
per voluptatē fit: illa p̄ dolorē. quoz alterū seq̄mur: ab alte-
ro abhorremus. Et dolor q̄dem distrahit: atq̄ corrūpit naturā h̄ntis.
voluptas aut̄ nihil tale facit. Sed quo magis voluntaria: eo maiori vi-
tupatione digna. nā assuescere aduersus illa facile est. Adulta vō in vi-
ta sūt talia. et assuefatio sine piculo fit. In terrorib⁹ aut̄ cōtra. Videt̄
aut̄ timiditas esse volūtaria. nec p̄inde vt ea: que sūt i singulis. hęc enī
sine dolore est. Illa vero p̄ dolorē ita distrahit: vt et arma abijcere: et
in alijs cōtra decus facere compellāt. ex quo fit: violentia esse videant̄.
Intemperātia vō cōtra. nā singularia illi volūtaria sūt cupiētī et affectā-
ti: vniuersa aut̄ minus. nemo enī cupit intemperatū esse. Nomē intēpe-
rantie ad pericula dicta referimus. h̄bet enī cū illis similitudinē quandā
vtrū vero ab vtro dicat̄: nulla: quantū ad p̄sens: differētia est. Cōstat
vero posterius a p̄ore dici. nec absurde videt̄ translatū. Nā castigandi
sūt: q̄ turpia cōcupiscūt: atq̄ luxuriāt. talis est aut̄ maxie libido: et pu-
er. viuūt enī pueri sc̄dm cōcupiscentiā. plurimaq̄ est i illis voluptatum
cupido. Si igit̄ nō obtēperat. ac dñari sibi patiat̄: lōgius abibit. qm̄ vo-
luptatū appetitus insatiabilis est: stultoq̄ vndiq̄ affluūt. et executio
libidinis innatā cupiditatē exauget. q̄netiā si magne et vehemētes sint
mētē e suo statu dimouēt. Quāob̄re mediocres illas q̄dē rarasq̄ opra-
tet esse: talis deniq̄: vt rōi nō aduerset̄. Tale q̄d tēperatū castigatūq̄
vocamus. vt enī puerum oportet sc̄dm pedagogi p̄cepta viuere: ita cu-
piditas debet obedire rationi. Quare oportet vt tēperatus a ratiōe nō

discrepet. Honestum est enī: ad quod vterq̄ tanq̄ ad signum prospicit.
Temperatus que debet: et vt debet: et quando debet/concupiscit: sicut

dictat ratio. Ac de temperantia hęc dicta sufficiant.

Incipit liber quartus ethicorū Aristotelis. docens
pluribus morum virtutibus: in quinq̄ distinguit tractatus. et iste pri-
mus tractatus duo p̄inet capitula. Capitulū primū. ostendit libe-
ralitatem circa pecuniarū dationē acceptionēq̄ consistere: prodigalita-
tem exuperationē: illiberalitatem defectū esse: liberalis viri potius esse
dare q̄ accipere: et oīno sc̄dm mediocritatē rōnis: honesti scilicet causa/
et inlariter. Illatis varijs liberalis viri proprietatibus: prodigus atq̄
auarū apertius q̄ describit: prodigos auaris minus malos esse: inter-
dum capiēdo vnde nō oportet/illiberales fieri: auariciam incurabilē:
nimiumq̄ hoībus insitam esse.



De liberalitate deinceps dicam⁹ ea videt̄ esse me-
diocritas circa pecunia. Laudat̄ ei liberalis nō
in rebus bellicis: neq̄ hīs: in q̄bus temperās:
nec rursus i iudicijs: s̄ i dandis capiēdisq̄ pecu-
nijs. magis aut̄ indat̄ie. Pecunias vō appella-
mus oīa: quoz estimatio mēsurat̄ nūmo. Sūt q̄ prodigalitas et auaricia
circa pecunias excessus et defect⁹. Sed auaritiā illis tribuim⁹: semp̄ q̄
magis q̄ oportet: pecunijs studēt. Prodigalitatē vō nōnūq̄ iuoluim⁹.
Nā eos q̄ incōtinētes sūt: et p̄ luxuriā patrimonia p̄fligāt: prodigos vo-
camus. Qua p̄pter flagitiosissimi vident̄ esse. qm̄ multa vitia simul h̄-
bēt. nō tñ p̄prie sic nūcupat̄. nā prodigalitatē nomē vni⁹ alicui⁹ vitij
esse cōuenit: q̄ patrimoniū cōsumat. est enī prodigus: q̄ se ip̄s p̄dit. videt̄
enī se ip̄m p̄dere q̄ p̄rimoniū dissipat: ex quo vitā ducere debet. In hūc
itaq̄ modū prodigalitatē accepim⁹. Rebus aut̄ quib⁹ vtimur: et bene et
male vti possum⁹. vtimur vō diuitijs. Singulis aut̄ reb⁹ bene vti⁹ hīs
qui circa eas res vtutem h̄bet. Quare et diuitijs optime vti⁹ qui circa
f iij

pecunias virtutē habet. hic est autē liberalis. Usus vero pecuniarum in dando erogandoque consistere videtur. Nam capere: atque seruare: magis profectio est. Ex quo fit: ut viri liberalis sit magis dare: quam capere: unde oportet: et non capere unde non oportet. virtutis est enim bene potius facere: quam suscipere: et honesta potius agere: quam a turpibus abstinere. Patet autē: quod dādo sequitur: ut bene faciamus: et honeste agamus. Capiendo autē: ut bene suscipiamus: aut non turpiter agamus. Et gratia quidem dantis est. repudiantis vero non: sed magis laus. Facilius quoque est non accipere: quam dare. Sua enim quae difficilius magis tradet: quam aliena non accipit. Liberales dicuntur: qui dant. at hi qui non capiunt: de liberalitate nequaquam laudantur: sed magis de iustitia. qui vero capiunt: non multum laudantur. Liberales maxime fere omnium virtuosorum amantur. Profunt enim in dando. Actus vero secundum virtutē honesti sunt: et honesti gratia fiunt. liberalis igitur dabit honesti causa: et recte. Nam et quibus oportet: et quot et quando. et alia cuncta: que rectam rationem sequuntur. Et hoc libenter: vel sine molestia. Quod enim per virtutem fit: iocundum est: vel sine molestia: minimeque dolore affert. Si quis vero dederit: quibus non oportet: aut non honesti gratia: sed alia qua pia de causa: hic non liberalis: sed alia quaedam nuncupabitur. Neque his qui dolet. magis enim pecunias hic vtriusque diligit: quam honestam actionem. At id non est liberalis. Neque capiet: unde non oportet non enim est non magnificientis pecunias homini accepto. Nec erit petitor. non enim est beneficiū conferentis ut subinde commoda ipse procuret. At unde oportet: capiet: puta ex propria rebus: quas possidet: non quia honestum sit: sed quia necessarium. ut habeat: quod donet. Nec sua negligit: volens per illa quibusdam sufficere. nec quibus vis dabit: ut sic dare possit: quod


bus oportet: et quando: et ubi honesta sit. Est quoque eius: qui liberalis sit: vehementer in dando excedere: ita ut sibi ipsi pauciora reliquant. nam ad se quidem ipsum non respicere liberalis est. Verum iuxta facultates liberalitas dicitur. non enim in multitudine datorum: sed in dandis habitu liberalitas consistit. Hic autē dat secundum facultates. nec sane quicumque prohibet liberaliorem esse: qui pauciora dat: si modo tenuiores ei sunt facultates. Magis autē liberales esse videntur: qui non quesierunt ipsi: sed ab alijs acceperunt. nam et indigentiam nunquam experti sunt. Et amant magis quique sua opera: ut genitores: atque poete. Illud vero non facile: ut liberalis quispian dicitur. cum neque capiat: neque conseruet: sed contra erogat: nec multi per se ipsas faciat pecunias: sed ut alijs dare possit. Itaque fortuna accusatur: quod quae maxime digni sunt: hi minime diuitias habent. Eni vero id absque ratione contigit. Fieri enim non potest: ut diuitias habeat his: qui habere non curat. Quemadmodum nec in alijs rebus. Non tamen dabit: quibus non oportet: nec quando non oportet: nec quotcumque alia homini. nam sic liberalitatem nequaquam seruaret. Et si in illis consumeret: dare quibus oportet: nequaquam valeret. ut enim primo diximus: liberalis est: qui secundum vires patrimonij erogat: et in quibus oportet. Qui vero excedit: prodigua est. Itaque et tiramos quidem non dicimus prodigos: quia tam multa possident: ut dando atque erogando: illa exercere non facile iudicant. Cum vero liberalitas mediocritas sit in dandis capiendisque pecunijs: liberalis quidem dabit: et erogabit: in quibus oportet: et quot oportet. Similiter in paruis et in magnis: et hoc cum voluptate quadam. Capiet quoque unde oportet: et quot oportet. Nam cum virtus circa vtriusque mediocritas sit: vtriusque faciet ut debet. Sequitur enim convenientem liberalitatem talis acceptio. Que vero non
f iij

talis: contraria. Que igitur consequuntur: fiunt simul in eodem: contrarie non ut patet. Quod si contra quod decens honestusque sit erogare illum contingat moleste fert: atque dolebit: moderate tamen. nam virtus est letari: atque dolere in quibus oportet. Et liberalis quidem lenis ac tractabilis est in rebus pecuniariis. nam cum pecunias non multifaciat: iniurias circa illas inferri sibi non difficile patietur. Adolestiusque feret: si quid cum oporteret: non erogauerit: quod si erogauerit: quod non oportet. Simonidi non placens. At prodigus in istis aberrat. neque letatur enim neque dolet: in quibus oportet: neque sic ut oportet: quod in processu magis patebit. Bizimus excessum ac defectum esse prodigalitate et auaritia: et hoc in duobus: dando scilicet atque capiendo. Sumptum vero in datione ponimus. Prodigalitas ergo et in dando: et in non capiendo excedit: in capiendo autem deficit. Auaritia vero in dando deficit: in capiendo excedit. verum in paruis. Et prodigalitas quidem non multum coaugmentari potest. non enim facile nullatenus accipientem cunctis largiri. Cito namque deficiunt patrimonia prodigorum: ex quo prodigi videntur esse. Cum talis utique vir non parum melior quam auarus videretur. Ac per etatem: indigentiam facile corrigi: et ad mediocritatem redigi potest. nam habet illa: que sunt liberalis. Dabit enim et non capit: sed neutrum recte neque ut oportet. Quod si ad hoc consuecat: vel alio modo mutetur: fiet utique liberalis. Dabit ei quibus oportet: ac non capiet: unde non oportet. Quamobrem videtur ille quidem non abhorere a morum probitate. non enim abiecti: neque ingenerosi est excedere in dando: et non capere: dementis tamen. Sed qui per hunc modum prodigus est: multo melior esse videtur quam auarus. Cum propter ea que supra dicta sunt: tamen etiam: quod hic quidem multis prodest. Ille nemini: ne sibi ipsi quidem. Verum plerique prodigorum ut dictum est: accipiunt: unde

non oportet. et secundum hoc auari sunt. Accipiunt vero propter erogandi cupiditatem: quod leuiter fieri nequaquam potest: deficientibus contestim rebus. Itaque necessitas cogit: ut aliunde exsuppleant. Et simul quod de honestate nihil curant: sine villo respectu vndique capiunt. Dare enim cupiunt: quomodo autem: vel unde: nulla apud eos differentia est. Quamobrem nec eorum dationes liberales sunt. non enim honeste neque huius ipsius gratia: nec ut oportet: sed interdum: quos pauperes esse conuenit: eos diuites faciunt. et honestis quidem hominibus nihil dant: assentatoribus autem: aut aliam quampiam voluptatem afferentibus multa. Et quo fit: ut plurimi eorum dissoluti sint: sumptus in flagitijs prone facientes: et que honestatem non sequuntur in vita: declinant ad voluptates. Prodigus enim sine emendationis cura ad ista transgreditur. Cura vero et diligentia adhibita ad medium: atque ad id: quod oportet: deuenire potest. Auaritia autem insanabilis est. Nam et senectus et imbecillitas omnes auaros facere videtur. Et est magis a natura hominis insita: quam prodigalitas. Plurimi enim pecuniarum cupidi sunt magis: quam largitores. Et longe extenditur ac multiplex est: plures enim videntur esse auaritie modi. Nam cum in duobus consistat: defectu scilicet dandi. et accipiendi excessu: non omnibus nota adheret: sed quandoque scinditur et alij in capiendo excedunt: alij in dando deficiunt. Nam qui huius modo appellationibus nuncupantur seu parci tenues. aridi: omnes in dando deficiunt. aliena vero non appetunt. neque capere volunt: partim propter quamdam molestiam: et abstinentiam a rebus turpibus. videntur quidam vel saltem aiunt: ob id custodire sua. neque compellantur aliquando turpe aliquid facere horum sunt: qui in singulis etiam minutissimisque insistant: omnes ab excessu non dandi cuiquam noiiati. Alij ob metum abstinent alienis. quasi facile non sit

iplos aliena capere: ac nō alios sua. Itaq; illis placet neq; dare: neq; accipere. Alij rursus in capiēdo excedunt: oia vndiq; accipientes. velut q; liberalia exercent: et lenones: et feneratorēs: et oēs hūmōi: et q; pauca pro multo. hi enī oēs vnde nō oportet/capiūt: et quantū. Cōmunis est his lucrādi turpitudō. Omnes enī lucri gratia et huius qd̄ exigui probra sustinēt. Nā qui grandia q̄dem vnde nō oportet: et que nō oportet capiunt: seu tirāni vrbes hostiliter inuadētes diripientesq;: et tēpla spoliātes: eos illiberales nō dicimus: sed improbos potius: et impios et iniustos. Aleatores tñ: et latrones et pirate illiberales sunt: qm̄ sordido in lucro versant. questus enī gratia faciunt, et probra vtriusq; sustinent. Alij extrema pericula pro questu adeuntes: alij ab amicis: q̄bus dare oportet/ acquirētes. vtriusq; igitur vnde nō oportet lucrari volētes sordidi sunt: et ois hūmōi q̄stus illiberalis. Adverito autē liberalitati avaritia magis opponit. Nam et maius malum q̄ prodigalitas. et magis in illa peccant homines: q̄ in prodigalitate. De liberalitate igitur et virtijs: que illi contraria sunt: hec dicta sufficiant.

Cap. ij. ostendit magnificentiam circa sumptus excedere liberalitatem magnitudine. Defectū pusillitatis: exuperationē ruditatem scilicet nimij/ circa decorū appellari. proprietates magnifici apit. impensas eius honorabilia quedā esse. extremorū infert proprietates.

nsequens esse videt de magnificentia differere. Nam et hec: virtus quedā circa pecunias existit, sed vero ita: ut liberalitas: ad oēs res pecuniarias ptinet: sed ad sumptuosas solū. In his liberalitatem magnitudine excedit. Nā ut ipsum nomē ostēdit: in magnitudine decens sumptuositas est. Adagnitudo vero ad aliquid. Nō enī eadē sumptuositas profecto triremis et ludorū theatralium exhibitori.

Decens autē ad ipm̄ in quo: et circa que. Qui autē in parvis: aut medicribus pro dignitate sumptus facit: hic magnificus nō dicit: sed ille: q̄ in magnis. nā magnificus q̄dem liberalis est: liberalis autē nihilominus magnificus. Huius autē defectus modicitas dicit. excessus vero vulgaris ventositas et inexplēbilitas: et quot sūt hūmōi: que nō in q̄bus oportet/excedunt: sed in q̄bus nō oportet: et ut nō oportet splendorē conquirunt. de q̄bus postea dicem. Adagnificus scienti similis esse videt. nā et decentiam intelligere potest: et magnos sumptus ita: ut conuenit facere. ut enī ab initio diximus: habitus operationibus terminat: et quozus est. ac magnifici sumptus magni et decentes sūt. talia igitur et opera. Sic enī sumptus magnus erit: et cōueniens operi: ut opus ipsū sumptu dignum esse oporteat: sumptū autē opere: vel etiā excedere. Sumptus vō hūmōi faciet magnificus honesti causa. cōmune enī hoc virtutibus. Et p̄terea cum voluptate: ac p̄fusione quadā. nam cōputandi rationandiq; diligētia magnificentie cōtraria est. Itaq; magis cogitabit quēadmodū pulcherrimū: et speciosissimū: q̄ quanti constet: et quemadmodum in eo q̄ minimū expendat. Necessariū vero est: ut magnificus liberalis sit. nā liberalis sumptus facit: quos oportet: ac ut oportet. In his autē magnitudo magnifici est: cū in his quoq; liberalitas versetur. Et a pari sumptu opus magnificentius faciet. nam. n. eadem virtus est possessionis: et operis. Nam possessio: q̄ plurimi digna ac preciosissima sit: ceu aux opus autē: q̄ magnū et decorū: huius. n. aspectus admirabilis est. quod autem magnificū: admirabile. Et est virtus operi magnificentia in magnitudine. Quosdam sumptus honorificos dicim. veluti in rebus diis sacratis: vasiscq; et sacrificijs: similiter et circa omnē rem diuinā: et circa

publicā magnificentiā, veluti si quo in loco ludi publice exhibeant: aut prefecture nauū: aut epulū publicū. Verū in oibus (vt dictum est) ad agentē habet respectus: quis ipse sit. et quibus peditus facultatib⁹. Si gna quōdem his sint/oportet, nec solū opus: verum etiā auctores decere: Et quo fit: vt pauper quōdem magnificus esse nō potest. Cū ei nō adsit quod cū decentia erogare queat. et si erogare pergat: fatuus sit. Quoniam pter dignitatē atq; decentiā. et in virtute id insit: vt recte quicq; fiat. Ista vero eos decet: quibus hec talia iam antea existunt: vel p seipos vel per maiores suos vel p eos: quō ad ipsos pertinet. et nobiles et claros et quot hmoi sunt. Nam hec oia amplitudinē habent ad dignitatē. Ad magnificus igitur precipue in hmoi rebus erit: ac in huiusmodi sumptibus magnificencia: vt dictū est. Nam hec maxima et honestissima sunt. In priuatis autē rebus: quot semel sunt. vt nuptie: et si quid tale. Et si in aliquo tota ciuitas studeat: vel circa dignitatē: vel circa hospitū susceptiōnes: eorūq; comitatū: et munera: et remuneratiōes. Nō enī in seipso sumptuosus est magnificus: sed in publica. Bona vō simile quicq; habent his: que dijs sacranf. Est etiā magnifici domū parare diuitijs congruentē. Ornamentū enī et hoc quiddam est. et in his maxime sumptus facere: que sunt diu permausura. Speciosissima enī hec. Et singulis in est decus quoddā. Nō enī eadē conueniunt dijs: et hoibus: neq; tēplo et sepulcro. et sumptū vnusquisq; magnus in suo genere. Ac magnificentissimus: quō in magno magnus. hic autē: quō in his magnus. et differt magnū illud: quod est in opere ab eo: quod est in sumptu. nā pila quōdem aut capsula pulcherrima magnificentiā habet puerilis domi. pretiū vero pusillū est: ac illiberale. Quapropter magnifici in quocunq; genere

faciat: magnifice facere. nā sic nō facilliter superari potest. et sumptuosus habet dignitatē. Magnificus igitur quōdem talis est. Excedēs vero atq; ventosus in sumptu nō oportune faciēdo excedit: vt dictū est. nā in paruis sumptibus multa cōsumit. et splendorē contra decentiā captat. vt si huiusmodi nuptiali apparatu epulas paret: et comedorū exhibeat chorū offerens purpurā: vt megarenses. et hec oia faciat nō grā honesti: sed ad ostentationē diuitiarū: parans ea de causa: hoies in sui admirationē conuertere. Et vbi opus est magnis sumptibus: paruos faciēs. vbi vō paruis: magnos. Modicus autē in oibus deest: et plurima cōsumens: in parua re decentiā perdit. Et quicquid agit: tardus est: atq; morosus. Semper considerans: quemadmodum in eo quod parū expendat. Et hoc ipsum cū querelis agit. Et cuncta maiora quod oportet: se facere existimat. Sunt autem hi duo huiusmodi vitia quōdem. Non tamen vituperationem afferunt cum neq; damnosa alijs sunt: neq; nimium deformia.

Tractatus secundus quarti libri ethicorum Aristotelis duo continens capla. Caplin. j. ostēdit magnanimitatē circa magna quedā esse: precipue honores: quibus magnanimus quū dignus sit/ dignū se sentet. Lentū superbūq; excedere. pusillanīmū deficere. Magnanimū circa honores. Itē et bona fortune moderate se habere varijs illuz propteratibus describit. Pusillanīmū q; ac lentū naturas declarat.



Magnanimitatē vere circa magna vsari: vel ex ipso nomine constat. sed circa quia existit/ pmo comprehendamus. Refert autē nihil: vtrum ipsum huiusmodi: an eum: quō secundum huiusmodi/ consideremus. Videtur magnanimus esse: qui se magnis dignatur: cum sit quōdem dignus. Nam quō pro dignitate hoc agit: insipiens est. Eorum vero quō virtute pediti sunt: nemo insipiens neq; fatuus. Magnanimus igitur est

his: quem diximus. Qui vero paruo dignus est: ac se paruifacit: modestus quidem est: sed nequaquam magnanimus. nam in magnitudine magnanimitas consistit: quemadmodum et pulchritudo in magno corpore. parui autem urbani quidem et apti: sed non pulchri. Qui vero se magni existimat: cum indignus sit. tumens et inflatus opinione sui. Qui autem plus quam mereat non omnino tumens. Qui vero minoris: quam ipse sit: pusillanimus. siue hic magna: siue mediocra: siue parua mereat: etiam minoris sese dignum arbitraretur. Et maxime utique videbitur hic magno dignus. Nam quod ageret: si non dignus foret. Est itaque magnanimus magnitudinem quod sumus: eo autem quod oportet/medius. nam uti dignum est: ita se extimat. alij vero excedunt: et deficient. Quod si se magnis dignat: et dignus est: ac maxime maximus: circa unum utique maxime erat. Dignitas autem dicitur ad externa bona. Maximum autem horum id ponendum est: quod diis tribuimus: et quod maxime affectat: quod in dignitate sunt: et quod rerum preclarissimarum precium est. Id est autem honor. maximum enim id externorum bonorum. Circa honores ergo et inhonorationes magnanimus est: ut oportet. Et sine ratione autem videntur magnanimi circa honorem versari. honore enim se maxime dignantur magni viri: verum iuxta dignitatem. Pusillanimus vero deficit ad seipsum. et ad magnanimi dignitatem. tumens autem et inflatus opinione sui ad seipsum excedit: non tamen ad magnanimum. Magnanimus siquidem maximis dignus: erit utique optimus. Nam semper qui melior est: maiora mereatur. et qui optimus. maxima. Eum igitur: qui vere magnanimus sit: bonum esse oportet. Et videtur quidem esse magnanimi. quod est vnaquaque virtute magnum. Nequaquam vero illi conuenit cedere laesenti: neque iniuriam inferre: cuius enim gratia turpe aliquid faceret: cui magnum

nihil est. et per singula considerat. Magnanimus: nisi bonus existat: omnino ridiculus videbitur. Quomodo honorem non meretur: qui prauus est. Honor enim est virtutis premium et tribuitur bonis. Videtur ergo magnanimitas seu ornatus quidam esse virtutum. Nam maiores illas facit: et sine illis non est. quapropter difficile est vere magnanimum esse: non enim possibile: absque accumulata probitate. Maxime ergo circa honores et inhonorationes magnanimus est. ac in magnis quidem: et a grauius viris habitis moderate letabitur: quasi debitis potitus: aut etiam minoribus. nam virtuti omnino perfecte satis dignus honor haberi non potest. verum etiam recipit. quoniam maiora exhiberi non possunt. Paruos autem et a quibusvis habitos paruipendet. non enim his dignus. eodem modo et in honoratione. non enim erit iuste circa illum. maxime quidem igitur (ut dictum est) vir magnanimus circa honores est. Qui et circa diuitias: et circa potentiam et circa omnem prosperitatem aduersitatemque utcumque accidant: moderate se habet. nec prosperis gaudebit nimium. nec aduersus nimium turbabitur. nam neque in honore sic se habet. quod maximum est. Potentie enim et diuitie propter honorem expetuntur. Itaque qui illas habet per illas honorari volunt. et cui honor parum est: huic et alia. ex quo fit ut superbi videantur. Fortuna etiam videtur ad magnanimitatem conferre. Nobiles enim et potentes et diuites honore digni habentur. In excellentia enim. in bonis autem omne excedens honorabilis. quapropter talia magis magnanimos faciunt. honorantur enim a quibusdam. sed secundum veritatem solus bonus honorabilis est. at cui utrumque existit: his magis honore dignus est. Qui vero sine virtute talia bona habet: neque iuste seipsum magnificiunt: neque recte magnanimum dicunt. nam sine virtute perfecta ista non sunt. Superbi autem et petulantes

fiunt: si talia possideant. nā absq̄ v̄tute secundas res moderate ferre: nō facile est. quod cū illi facere nequeant: ac putent se ceteris antecelle- re: alios q̄dem contēnunt: ipsi vero quoduis agunt. Imitant̄ eni ma- gnamū: cū similes illi nō sint. Hoc aut̄ faciūt: in q̄bus possunt. Que igit̄ sc̄dm v̄tutem sunt: ea nō agunt: et alios infra se putant. at magna- nimus iste infra se putat. nā iudicat secundū veritatē. Multitudo v̄o: vt contigit Magnanimus: nec parus nec frequenter picula adit: ob id scilicet: q̄ pauca sunt: que ab illo extiment̄: at magna adit. Et quando illis se prebet vite sue nō parcat: quasi indignū sit oīno viuere. Et bene facere alijs promptus est: bene suscipere autes pudet. Aliud eni superā- tus est. Aliud eni: q̄ superetur. In retribuēdo aut̄ excedit. Nam sic de- bitorem sibi insuper facit: maioribus beneficijs in eum collatis. Vide- tur autē commemorare: in quos ipsi beneficia contulerunt. a q̄bus ve- ro ipsi acceperunt: nō videtur commemorare. Inferior eni: q̄ beneficiū accipit eo: q̄ confert. ipse vero superior esse vult. et hec libēter audit. illa moleste. Itaq̄ thetis bñficia Joui nō narrat. neq̄ lacedemonij athe- niensibus: licet acceperit. Est etiā magnanimi neminē precari: aut cer- te vix. obsequi vero prompte. Et erga hoies ī dignitate: ac diuitijs con- stitutos magnū se gerere: ergo mediocres vero conuenientem. Nam il- lis q̄dem excellere arduum est: ad gloriosus. his vero facile. et iter illos se amplum gerere non ingenerosum est. Inter humiles vero graue. q̄- si inter imbecillos exerceat vires: nec ad preclara contendat: aut vbi ce- teri excellunt. Sed ociosus sit et piger. At vbi honor magnus: vel res agenda/ icumbat. et pauca q̄dem aggredit̄: s̄ magna certe atq̄ p̄clara. Necessē est etiā: vt palā oderit: palāq̄ amet. Nā occultare. timidi est:

Ac veritatē magis q̄ opinionē curat. et loquet̄: et aget palā. Contem- nor eni est. ideo audax. Audax v̄o: ideo contēnens. ac verax est: nisi for- te p̄ yoniam. sed yonia ad multitudinē. et ad aliū nō posse viuere: nisi ad amicū. seruire nāq̄. Itaq̄ oēs adultores seruales. et oīs humiles adultores. Neq̄ v̄o admirator erit. q̄ nihil sibi videtur magnū. neq̄ odij tenax. Nō ei magnanimi est refricare aio: p̄sertim malo: s̄ magis parupēdere. neq̄ de hoibus malū loquet̄. nā neq̄ de se dicit: neq̄ de alijs. nō eni sibi cure est: vt ip̄e laudet̄: neq̄ vt alij vitupent̄. nec rursus laudator est. quapropter nec maledicus. nec de inimicis: nisi eū inuehit̄. Et de necessarijs aut minutis minime q̄rulus: aut precator. nam ita se habere: eius est: q̄ ista curat. Magisq̄ volet res preclaras: et ifructuo- sas: q̄ fructuosas et vtilis. nā id magis per se sufficiens. Adorus vero eius tardus esse videtur. vox grauis: et locutio firma. non eni properat qui paucis intendit. Ne vehemens est: q̄ nihil magnū putat. Volubi- litas autem lingue: et properatio illozum de causa fit. Talis igitur q̄dē magnanimus est. Qui v̄o deficit: pusillanimus. q̄ vero excedit: tumēs dicitur et inflatus opinione sui. Nec sane hi mali vident̄ esse cum nemini malefaciant sed certe aberrāt. Nā pusillanimus q̄dem cū bona merea- tur: seipsum priuat̄ his: q̄bus dignus est. Ac videt̄ malum quiddam ha- bere. q̄ si dignum bonis non putat: et seipsum ignorare. Nam cupere certe illa: q̄bus dignus est. cum sint bona. nō tamē dementes isti viden- tur: sed magis morosi. huius aut̄ opinio deteriores facit. Singuli eni appetunt sc̄dm dignitatem. Abstinēt vero a p̄claris rebus exercitusq̄ quasi indigni sint. Eodēq̄ modo et ab extremis bonis. Tumētes vero atq̄ inflati sunt: et ignorātes sui. ac id q̄dem vehemēter. tanq̄ ei digni

sint: honorabilia inuadunt: mox redarguunt. Vestitus se ornāt: et gestu: et hmoi. fortunāsq; suas iactant: ac palā esse volūt: vt per illas honorent. **O**pponit vero magnanimitati pusillanimitas magis q̄ inflatio. nam frequentior est: ac deterior. **M**agnanimitas igitur: vt dictus est: circa honores versatur magnos.

Capi. ij. probat mediā virtutem circa honores paruos esse: q̄ noie caret. **I**deoq; extrema ex vtraq; parte plusq; in ceteris virtutibus pro mediocritate contendere: que sunt ambitio et vacuitas appetitionis honoris.

Idetur et alia quedā virtus circa honores existere (vt ante diximus) que ad magnanimitatē proxime accedit: quemadmodū liberalitas ad magnificentiā. Ambe enī iste a magnitudine absūt et circa mediocria paruāq; nos disponūt: vt oportet. **E**t autē in capiendis dandisq; pecunijs mediocritas est: ac excessus et defectus: sic et i honoris cupiditate excessus et defectus et mediocritas quedā est. **V**ituperamus enī ambitiosum. qz plus q̄ oportet: aut vnde nō oportet honorē appetit. **V**ituperamus et remissum: qz ne honeste q̄dem honorari queat. **I**nterdū vero et ambitiosum quasi virilē ac glorie cupidū: ac remissum quasi humanū et modestū laudamus. **C**onstat autē: qz cū pluribus modis cupidū alicuius rei dicamus: nō ad idem semp sed ad ambitiosus referimus: sed laudantes: quod magis: q̄ vulgus: et vitupantes: quod magis q̄ oportet. **C**ūq; mediū sit innoiatum: extrema de medio vacuo certare ad inuicē vident. **I**n q̄bus vero est excessus: et defectus: in eisdem est et mediū. affectat autē honor magis q̄ oportet: et minus: ergo et vt oportet affectare est. **L**audat igitur hic habitus. q̄ mediocritas ē circa honores sine noie. **V**idēt autē et ad ambitionem remissio: et ad re

missionē ambitio: et ad vtrūq; vtraq; quodāmodo opponi. hoc et i alijs virtutibus esse videtur. **S**ed hic ex eo extrema opposita videntur esse:

qz mediocritas ipsa sine nomine est.

Tractatus tercius quarti libri ethicorū Aristotelis vnicū habens caplm. **C**aplm vnicū est. quo ostendit circa irā mediocritatē mansuetudinē dici. **D**efectū qui ire vacuitas dicit in vituperationem duci. excessum que iracundia appellatur/ diuersis fieri modis/ variasq; habere species iracundiam magis medio opponi.

Insuetudo mediocritas est circa irā. **C**ūq; mediuz: itemq; extrema sint absq; nomine: medio q̄dem mansuetudinē tribuimus ad defectū: q̄ item sine noie est/ declinantē. **E**xcessus vero iracundia dici potest. **A**ffectus ergo est ira. **F**acientia vero multa: ac varia sunt. **Q**ui igit pro q̄bus oportet: et contra quos oportet irascunt: et preterea vt oportet: et quando: et q̄nto tēpore laudant. **A**nsuetus hic vtiq; erit: siquidē mansuetudo laudat. vult enī mansuetus quietus esse: nec a perturbatione deferrī. **S**ed ita vt ratio precipit: in his et ad tantū tempus infensum esse. **M**agisq; i defectu peccare videt. nō enī iudex est mansuetus: sed magis clemens. defectus autē siue ille segnitres sit: siue quiduis tandē/ vituperat. nam q̄ nō irascunt: in q̄bus oportet: stupidi vident esse. et q̄ nō vt oportet: nec q̄ndo: nec aduersus quos oportet. videt q̄ nō irascit: neq; sentire: neq; dolere: neq; resistere. **A**t q̄ perferre contumelias: et suos negligere/seruile est. **E**xcessus autē per oia fit. **N**ā et q̄bus nō oportet: et pro q̄bus nō oportet: et magis q̄ oportet: aut vehementius: et maiori tempore. **N**ec tamen omnia eidem existunt. **N**on enim fieri potest. **N**am malum seipsum destruit et si integrum vndequaq; sit: intollerabile est. **I**racundi ergo irascuntur celeriter et q̄bus nō oportet: et pro q̄bus nō oportet: et magis q̄ oportet

sed cito desistunt: quod in ipsis optimū est. Euenit autē id: qz nō cōprimunt irā: sed eā reddunt: ac se ostendunt propter acuitatē: sub indeqz cessant. Excessiue autē acuti sunt: qbus summa inest bilis: et ad oē atqz in omni iracundi. vnde et nomē habent. Amari vero difficile placant: et longū irascunt tempus. qz irā cōprimunt. Cessatio autē fit: quando reddi. nā vlcio cessare irā facit: voluptatē pro ira pariens. sed donec id nō fit: bonus retinēt. nā (qm̄ occulta est ira) illi mitigāde itendit nemo vt vero in seipsa digerat: tēpore indiget. Sunt autē hi plurimū molesti. et sibiipsis: et amicissimis. Eos vero acerbos dicimus: q̄ pro qbus nō oportet: et magis q̄ oportet: et longius tēpus insensī sunt: nec placant sine supplitio vel pena. Adansuetudini magis excessum opponimus. et frequentius fit. Humanius enī est magis vlcisci. et in vita acerbi peiores sunt: quod et supra diximus. et ex dictis patet. Illud vero nō facile determinare: quō: et qbus: et pro qbus: et quanto tempore irascendū sit: et quoad recte faciat q̄s: vel aberret. Nam q̄ parū transgredit: non vituperat: siue in magis: siue in minus. Interdū enī deficientes laudamus: et mansuetos vocamus. et irascentes viriles quasi ad dominādū aptos. Sed quantū: et qualiter excedens vituperādus sit: nō facile est verbis ostendere. In singulis enī atqz in sensu huius rei iudiciū est. At illud manifestū: qz medius habitus laudabilis est: p̄ que irascimur: q̄b̄ oportet: et pro qbus oportet: et vt oportet: et talia oia. Excessus autē et defectus vituperant. et si parūper fiant: leuiter: si vltorius: grauius. Constat igitur medium habitum esse amplectendum. Ac de dispositionibus circa iram hec dixisse satis sit.

Tractatus quartus quarti libri etbicoꝝ Aristotelis

tria habet capla. Caplm. j. ostendit circa voluptatē incongressionibus hoim v̄tutē esse amicicie per similitudine: cuius extrema adulatio et cōtentio dici possunt. Eū q̄ sic amicus est suis q̄litatib̄ describit. Excedentē nūc placidū/nūc adulatorē deficientē difficilē cōtenciosūqz appellari



In vita vero atqz cōmuni vsu verborū: et actūū q̄daz assentatores sunt: q̄ placēdi studio laudāt oia: et nihil aduersant putātes oportere minime se molestos cuiqz esse. Alij cōtra ab his in cunctis discedentes: nec offendere quicqz querentes ihumani et contenciosi vocant. qz igit h̄mōi dispositiones vituperande sunt: manifestū est. qz que mediocritas horū laudanda recipiens q̄ oportet: et vt oportet. Cōtraria vero eodē modo repellentes. Huic vero nomen nō est. sed amicicie videt silis esse maxime. Talis enī q̄ hanc mediocritatē seruat: qualē dicere volumus humanū et amicū dilectionē assumentē. Sed differt ab amicicia: qz affectu caret: nec ad eos reflectit: qbus conuersat. Nō enī amore vel odio: sed q̄ ipse talis est/ea recipit: q̄ oportet. Idem enī erga notos et ignotos. consuetos et iconsueros siliter faciet. Preterqz quod in singulis: vt decet. nō cōuenit siliter familiarū et extraneorū curā habere: nec eodē modo eis molestū esse. Sūmatim igit dictū sit eū ita conuersaturū: vt oportet. Cōiectabit autē nō offendere: v̄l placere: referēs ad honestatē: vel ad vtilitatē. videt enī circa voluptates et molestias: q̄ in conuersationibus existunt/versari. Harū vero q̄buscunqz vel nō honestū est: vel damnosū: assentiri. eas nō feret: sed molestus esse perget. et si agenti deformitatē nō parū efferant v̄l damnū: aduersatio autem parū molestiā: nō tollerabit: sed molestus erit. Cū summis vero et infimis ac magis et minus notis varie cōuersabit. Siliter et scdm̄ alias differēntias debitū cuiqz tribuet. Et placere per seipm̄ optabit. molestus

vero esse cauebit. Contingentia vero: si maiora sint/sequet. dico aut de honesto et utili: et voluptatis quodam gratia etiam si magna pro uetura inde sint: parum offendet. Mediocris igitur talis est: nomen non habes. Qui autem placere studet: si voluptatis causa: nec ob id aliud quicquam id agat: lasciuus dicitur. si vero ut utilitatem quandam inde adipiscantur: in pecunijs aut in re pecuniaria/adulator. Et quod omnibus se opponit: inhumanum aut contenciosum dicimus esse. Videntur autem extrema iter se opponi. quia medium absque nomine est.

Cap. ij. ostendit inter arrogantiam. discumulationes quod mediare ueritatem ueracis proprietates/atque extremorum inducit. Postremo infert arrogantem/quum sit dissimulatore peior magis aduersari ueraci



In circa eadem firme est ostentationis mediocritas ipsa quod innotescit. nec ab re fuerit de ea quoque transigere. Nam et magis ea. que sunt circa morem cognoscemus: si de singulis transigamus et simul mediocritates esse uirtutes magis credimus in cunctis esse ita cernentes. In uita igitur quod ad uoluptatem aut molestiam conuersantur: dicimus. nunc de ueris et mendacibus dicemus similiter in uerbis: et rebus: et fictione. Videtur enim ostentator affingere speciosa: cum affint sibi. uel maiora: quam affint Ironicus uero contra quod sibi affint negat: uel minora facit. Mediocris autem alteruter quodam est: uita et sermone uerax. His et fateatur: que sunt circa se. nec maiora aut minora facit. Sed horum singula et alicuius gratia fieri possunt: et nullius. quisque uero qualis ipse est: talia agit: et dicit: et ita uiuit: nisi alicuius gratia agat. Mendacium uero ipsum per se improbum est ac uituperatione dignum. uerum autem probum ac laudabile. Ita uerax. quod mediocris est/laudabilis. Mendaces uero utriusque uitupandi: sed magis ostentator. Dicimus autem de utroque: sed primum de eo: quod uerax sit. Nec de illo

nunc dicimus: quod in confessionibus uera fateatur: nec de his: quod ad ius et iniuriam pertinet (nam id alterius esset uirtus) sed de eo: quod in quibus nihil tale refert sermone: et uita uerax est. eo quod ipse secundum habitum talis est. Videtur autem homini uir probus esse. Nam quod uerum diligit: et in his: in quibus nihil refert. uerax est: his multo magis in quibus refert: uerax erit. ut enim turpe mendacium fugiet. quod per seipsum fugiebat: talis autem laudabilis est. Sed ad minus quam re uera sit: magis declinat. Congruentius. n. id uidetur. quam superexcellencie inuidiose sunt. Sed quod res fingit maiores quam sint: si quodam nullius gratia: prauus quodammodo uidetur. Non enim utriusque gaudet mendatio uanus est potius quam malus. Qui uero alicuius gratia: si glorie aut honoris: non minus uituperandus est: quemadmodum ostentator. Si lucri causa: deformior est. Non in potentia: sed in electione ostentatio est uana. Nam secundum habitum: et quod talis ostentator existit: quemadmodum et mendax. Alter enim mendatio gaudet. alter glorie cupiditate: uel lucro. Qui igitur glorie causa ostentationem faciunt: talia fingunt: ex quibus laudandi: aut beati uideantur: que uero lucri causa faciunt: hi ea fingunt quorum usus ad proximos pertinet: et quedam esse possunt: seu medicum: aut aruspice egregium: que ideo plerisque fingunt: atque ostentant: quod hec in seipsis sunt. Ironicos uero sua attenuantes: uerbosiores esse constat. non enim lucri causa faciunt: sed ut fugiant tumiditatem. Adarime uero hi gloriosa negant: ut Socrates faciebat. Sed quod parua et manifesta fingunt: gloriosi dicuntur: et facile spernendi sunt. Interdum etiam ostentatio est: seu lacedemoniorum uelitus. nam excessus et defectus minus ostentationem quandam habet. Sed quod modeste hironia utitur: et circa ea: que non minus ante oculos posita: ac patientia sunt: uerbani uidentur. Ueritati ostentatio magis opponitur

et deterior est q̄ hironia.

Capi. iij. ostendit circa iocos comitatē inter securilitatē/ac rusticitatē mediā esse. Comē scurāq̄ rusticanū suis naturis demonstrat. Demū trium dictarū inuita mediocritatū similitudinem/di-
screpantiamq̄ concludit.

Um aut sit i vita cessatio quedā a negotijs: et i ea cū iocunditate temporis transmissio. Videtur hic q̄ esse cōuersatio quedā cōueniens: et q̄lia: et quō dicere audireq̄ oporteat. Differt aut in talibus dicere: aut talia audire. Cōstat vero circa hec quoq̄ esse excessum: et defectū mediij. Qui igit magis q̄ oportet: risum mouet: scurre vident esse: et onerosi sunt. nā risū secuti: magis cogitāt quemadmodum mouere illū possint: q̄ quemadmodū honeste loquant: nec quenq̄ offendant. Qui vero nec dicunt ipsi aliqd iocundū: nec alios dicere patiunt: rudes et agrestes vident. Eni uero q̄ cū moderatione iocaf: cois appellaf. Adoris eni videt esse talis motus. quemadmodus corpora ex moribus indicant: ita et mores. Redundante aut ridiculo: et plerisq̄ gaudentibus ioco et salib⁹ magis q̄ oportet: scurre q̄ placent. atq̄ ita muncupant: quasi comitatē habeant. et sint elegantes. sed nō parū differre eos ex iā dictis apparet. Adij aut habitus ppria est vrbamitas vrbano aut talia cōuenit dicere: atq̄ audire: qualia modesto et ignuo congruit. Sunt. n. quedā: que dicere: et audire h̄mōi decet hoies: et ingenui iocus differt ab eo: q̄ est ferulis: et docti: ab eo: q̄ est indocti. Intueri licet in antiq̄s et nouis comedijs. Alijs eni erat iocus obscenitas: verboꝝ. Alijs vero subtellectio. Refert aut hoc nō parū ad honestatē. Utrū igit determinandū est eū: q̄ in aliquē iocaf: recte iocari: si dicat ea: que ingenuū decet: an si nō offendat audientē: vel si permul-

cet. An tale aliqd indeterminatū est. cuius alius aliud oderit: atq̄ amet: ac talia libenter auditurus sit: que eni audire sustinet: hec et facere videtur. An nō oia faciet. Jocus i aliquē dictus: conuitiū est. At legum latores nō nulla conuitiari prohibent. Oportebat forsan ⁊ iocari. vrbanus igitur et ignuus ita se habebit: quasi ipse lex i se ipso existat. Talis ergo medius est: siue hic vrbanus: siue hic comis dicat. Scurra vero inferior est q̄ ridiculus. Nec sibi ipsi: nec alijs parcat: modo risū mouere queat. et talia dicit: qualia vrbanus nō diceret: et quozum aliqua ne audire q̄dem sustineret. Rusticus vero ad has conuersationes inutilis est cum nihil ipse afferat: et cuncta spernet. cessatio et iocus necessarij vident in vita. Tres igit supradicte mediocritates sunt oēs i vita circa cōmunē vsum verboꝝ et actuum. Differunt vero: q̄ earū vna circa veritatem. Alie vero circa voluptates versantur. Earū rursus: q̄ sunt circa voluptatem: alia i ioco: alia i ceteris vite conuersationibus. **Tractatus quintus et vnicus quarti libri ethicorum** in quo ostēdit verecundiā nō esse v̄rutē: et ad iuuenilē etatē accōmodari. Similiter continentia nō esse v̄rutē: licet aliqd illius habere videat.

Ed verecundia nō ita loq̄ndū est: q̄ si de aliq̄ v̄tute. nā affectui magis q̄ hitui similis est: itaq̄ eā diffiniūt: timorē q̄dā esse de decoris. Sit aut ppe similiter ac timor ille i reb⁹ grauib⁹. Erubescūt. n. verecundates. Adortē vō timētes palefcūt. Itaq̄ corpalia quodāmodo vident vtrāq̄: q̄ affect⁹ magis esse cōstat q̄ hitus. Nec vō oi etati cōgruit verecundia: s; iuuenili: putam⁹ ei eos: q̄ i h̄mōi etate sūt: verecundos eē oportere. p̄pterea: q̄ illi cupiditatib⁹ obnoxij: verecundia ph̄benf i mltis delinq̄re. Et laudam⁹ ex iuuenib⁹ verecundos. Seniores vō nemo laudat q̄ verecundus sit. Nihil ei ab eo fieri cēsemus: q̄ sit verecundia dignū. 110
h j

eni probi est verecundia. si qdem puenit ex improbis. nō. n. agēda sūt talia. Si vero alia scdm veritatē: alia scdm opinionē/ turpia sunt nihil refert. neutra. n. agenda sunt. Itaqz nec verecundandū. Improbi vero est talē esse: vt aliqd turpe faciat. Verū ita se habere: vt si faciat qcq̄ tale/verecunde. et propter hoc putare probū: absurdū est. et eni verecundia i voluntarijs est. volens aut probus vir nunq̄ faciet praua. Effet aut verecundia ex suppositione vtiqz probū. Si eni faciat: verecundabit. Sed nō est hoc circa virtutes. Impudentia vero improbus: et nō verecundari: cum male agat. Sed nihilominus hec facientem verecundari/probum est. Continentia quoqz nec ipsa qdem virtus est: s; qdā mixta. ostēdemus aut de illa postea. nūc de iustitia aliqd dicam.

Incipit liber quintus ethicorū Aristotelis. tractās de iustitia: in tres distinguit tractatus. et iste p̄mus tractatus qnqz cōtinet capla. **C**aplm. j. proponit/ qd de iustitia/ ac iniustitia considerandū sit. et quo modo: Ad hoc ex cōmuni oim sententia/ vtrqz i vniuersum describit per velle/ atqz operari aut iusta/ aut iniusta/ nempe hinc contrarij vt sepe ex subiectis/ sepe ex se iuicē dinoscunt. Item quū ex multiplicitate vnus ea q̄ est alterius deprehendat: ostēdit vt iniustus dicit: et q̄ contra legē ait vt iniquus: iustū etiā tam legitime agentes q̄ equum appellari. Postremo de iustitia tota declarat circa quod veretur: inferens hanc perfectā esse vtutem/ et quasi solam videri.



Iustitia et iniustitia considerandum est: et circa quas res existant: et qualis mediocritas iustitia sit: et iustū: quoz medium. consideratio aut ista eodē modo nobis sit: vt i precedentib;. Videmus igit omnes hmoi hitum dicere volētes iustitiā: per quē iustoz operationes sunt: et per quē agūt: et volūt iustas res. eodē modo de iniustitia p̄ quā iniuriant: et volūt iniusta. Quāobzē hec p̄us nobis pre-

supposita sunt. Nō eni eodē modo res se habet i scientijs: et potentijs et habitibus. Nam potentia et scientia vident eadem esse contrarioz: hitus vero contrarius contrarioz nō est. seu a sanitate sana fiunt: nō aut contraria. Dicimus eni sane icedere: quando q̄s ita icedit: vt faciunt sami. Sepe ergo cognoscitur contrarius hitus a cōtrario. Sepe ipi habitus a subiectis cognoscūt. Si eni bona hitudo sit manifesta: et mala hitudo sit manifesta: et ex hijs: que bonā hitudinē faciunt: bona habitudo: et ex hac illa: q̄ faciunt/ cognoscunt. Nam si est bona habitudo spissitas carnis: necesse est vt mala hitudo sit raritas carnis: et efficiēs bonā hitudinē: qd̄ facit spissitatē in carne. Sequitur vō vt plurimū: si altera multipliciter dicat: et altera multipliciter dici: seu si iustū: et iniustum. Videt aut multipliciter dici iustitia/ et iniustitia. s; qz sūt admodum propiua: ipsarū equocationē latere. quod nō sit i his: q̄ lōge magis sunt manifesta. Nā illa plurimum iter se differūt specie. veluti clavis: quod equocum est ei que sub aialium collum: et ei: q̄ hostia claudūtur. Cōplectimur ergo quot modis dicatur iustus. videt iniustus esse: et q̄ contra leges facit: et q̄ plus appetit: et iniquus. Itaqz patet qz et iustus erit: q̄ scdm leges: et q̄ equus est. Iustum igit: qd̄ scdm leges: et quod equum. Iniustum aut: quod contra leges: et qd̄ iniquū est. Lus vero et plus appetens iniustus sit: circa bona qdam erit: nō tñ oia: sed circa illa: in qbus fortuna prospera vel aduersa locū habet: q̄ sunt qdes simpliciter bona semp. verū alicui nō semper. sed hoies illa precant: et querunt. At nō oportet: sed precari qdes debent ea: q̄ simpliciter bona sunt: sibi q̄ esse bona. Appetere vero: que ipis sint bona. Iniustus autem nō semper plus appetit. sed minus in simpliciter malis. sed qz videt h ij

minus malū esse quodāmodo bonū: ac boni est illa cupiditas plus habē di: fit vt videat ob hoc plus appetēs. Est aut iniquus. hoc enī cōplecti tur: et cōe est. Et q̄ contra leges facit. hoc enī transgressio legū (si q̄dē iniquitas est) cōprehendit oēm iniustitiā et cōe q̄ddam est ad oēm iniusti tiam. Cum vero his: q̄ contra leges facit: iniustus fit: et q̄ scōm leges: iustus: constat q̄ oia q̄que a legibus proficiuntur) quodāmodo iusta sunt. Itā et ea q̄ constituta sunt auctoritate ferendarū legū) legitima sunt et quodlibet horū iustū esse dicimus. Leges aut̄ prouident i oibus coniectantes aut cōmune oim vtilitatē: aut optimoz: aut principū: vel secundum v̄tutem: vel scōm alium quēdam talem modum. Itaqz vno q̄dem modo iusta dicimus ea: que pertinent ad faciendā cōseruandāqz felicitatem: partesqz eius i civili societate. Iubet aut̄ lex ea: q̄ sunt viri fortis. vt nō deserere locum i acie: nō fugere: nō arma abijcere. Et ea: q̄ sunt temperantis. vt nō cōmittere adulteriū: nō flagitiū facere. et ea que sunt mansueti. vt nō pulsare. nō virga excedere. Eodemqz modo se cundum alias v̄tutes et vitia: has iubens: illa vetans. Recta q̄dem rō que recte posita est. Beterior vero: que inconsulte posita. Ibec itaqz iu- stitia v̄tus q̄dem est perfecta nō simpliciter: sed ad aliū. et ob hoc mul- totiens excellētissima v̄tutū videt̄ esse iustitia. neqz hesperus: neqz luci fer ita mirabilis. Ac i prouerbio dicimus: omnes simul v̄tutes iustitie ineffe. et perfecta maxime v̄tus. quoniā perfecte v̄tutis vsus est. Per- fecta autem: q̄ eam habens ad alium quoqz vti potest v̄tute: non soluz ad seipsum. Multi enim in proprijs virtute vti possunt: sed i his: que ad alium sunt: nō possunt. et propterea videtur preclarum illud **Bian- tis.** Magistratus virum ostendit. Ad alium vero et in communi ma-

gistratus genit̄ propter hoc ipm et alienū bonum videtur esse iustitia: solum oim v̄tutum: qz ad alium est. Agit enī illa: que alij cōferunt: vel rei. p. Beterimus igitur est: q̄ et ad seipsum et ad amicum vtitur pra- uitate. optimus vero: non q̄ ad seipsum: sed ad alium vtitur v̄tute. Ido enī opus difficile est. Ibec igitur iustitia non pars v̄tutis: sed tota atqz integra v̄tus est. Itaqz contraria eius iniustitia pars vitij est: sed tota atqz itegra vitiositas. In quo autē differant tota v̄tus et iustitia hec ex supradictis constat. Est enī eadem: sed esse nō idem. Sed qua ad al- terum iustitia. qua vero talis hitus: simpliciter v̄tus est.

Capi. ij. confirmat p̄ter iustitiā totā / q̄ circa oia stu- diosi versat: alterā esse eiudē nois: s; dūtaxat circa honore / salutes / pe- cunias / et lucrū oē. de hac p̄tractandū esse: dicit de qz iniustitia opposi- ta / q̄ scilicet totius iniustitie est pars / vt plus iniqui. hāc aut distribu- tiuā cōmuniū esse / aut cōmutuā cōmertiozū / que vel sponte oino fiunt vel inuito: hocqz aut clamdestine. aut violente.



Sed querimus illā q̄ i parte v̄tutis est / iustitiā. Est enī aliq: vt diximus. eodē modo de iniustitia particulari dicēdū. Quō autem sit aliud: signum erit: qz q̄ per alia flagitia delinquit: iniuriam q̄dem facit: sed nihiloplus appetit. vt q̄ clipeum abijcit propter timidi- tatē: aut cōuitia q̄ dicit p̄ iram: aut q̄ nō cōtribuit pecunias p̄pter aua- ritiam: quod profecto per nullū istozū sepe plus appetit / cōstat. q̄nimo nec per oēs: sed per aliquā improbitatē: quā vitupamus scōm iniustiti- am. Est igitur aliqua iniustitia veluti pars totius. et iniustū q̄ddam i parte totius iniusti: quod contra leges fit. Preterea: si q̄das lucrandi causa mechaf: et accipit: q̄dam vero erogat: et damnū patit̄ propter li- bidinē: hic q̄dē magis itemperatus videtur: qz plus appetēs. Ille aut̄ iniustus q̄dem: sed nō itemperans. Patet ergo qz ea de causa: qz plus

habet. Insuper circa alias quidem omnes iniustitias semper fit ratio ad aliquod vitium, veluti si adulterium commisit: ad intemperantiam: si deseruit locum in acie: ad timiditatem. si pulsauit quem: ad iram. sed si plus habeat: ad nullum aliud vitium ratio fit: quam ad iniustitiam. Itaque patet quod propter illam totam aliam quendam particularem iniustitia est huic synonyma. Nam diffinitio in eodem genere est. utraque enim ad alium potentiam habet. Verum haec quidem circa honorem: aut pecunias: aut salutem: aut circa haec omnia: si vno nomine valeamus complecti: et per voluptatem: que provenit ex plus habendo. alia vero circa omnia: in quibus vir bonus versatur. Quod sint igitur plures iustitiae: et quod una aliqua propter totam virtutem/manifestum est. quod vero: et qualis haec sit/prehendamus. Diffinitum est quidem id esse iniustum: quod contra leges et quod iniquum. Iustum vero: quod secundum leges: et quod equum. Illa igitur iniustitia: de qua primo diximus: ea fuit: quae contra leges est. Sed quoniam facere contra leges: et iniustus non idem est: sed aliud: ut pars ad totum (nam quod plus: id omnino iniquum quod aut iniquum: id non omne plus) profecto iniustum et iniustitia non idem sunt: sed aliud quidem ut pars: aliud vero ut totum. Pars enim haec iniustitia totius iniustitiae: sicut et iustitia: iustitiae. Itaque de particulari iustitia particulari quoque iniustitia dicendum: et de iusto atque iniusto sicut. Illa igitur iustitia: que secundum universam virtutem ordinata est: et quae versus totius virtutis ad alium existit/relinquitur. sicut et illa iniustitia: quae totius vitij versus. Iustum quoque et iniustum secundum has determinandum esse constat (fere autem omnia iura ab universa virtute ordinata sunt) nam lex precipit vivere secundum omnem virtutem: et unumquodque vitium prohibet. Effectiva vero universae virtutis sunt omnia illa iura: que ad publicam pertinent disciplinam. Privata vero singulorum disciplina: per quam simpliciter

est vir bonus: utrum pars civilis sit: an alterius: postea dicemus. non enim fortasse est omnino idem bonum esse virum: et bonum civem. Sed particularis iustitiae et iusti illius: quod secundum eam: una species in distributione consistit: vel honoris: vel pecuniarum: vel aliorum: que talia sunt: ut dividi possint inter eos: qui in societate civili versantur. In his enim fieri potest: ut equum habeat: vel iniquum alter alteri. Alia est species: que in commerciis hominum corrigendis existit. Cuius duae sunt partes. nam commerciorum alia sunt voluntaria: alia involuntaria: seu emptio. venditio. mutuum. fideiussio. commodatum. depositum. locatio. et huiusmodi. Dicuntur autem voluntaria: quia principium ipsorum voluntarium est. Involuntariorum vero alia clandestina sunt: ut furtum. incestus. veneficium. dolus. fraus. dolosa necatio. falsum testimonium. Alia violenta: ut verberatio. nexus. mors. rapina. oratio. conuitium. contumelia.

Capitulum. iij. demonstrat iustum quod in distributionibus est medium esse iter plus et minus: idque comparatione rationum geometrica: que et in quatuor minimis consistit: neque continua est: infert deindeque quatenus iniustum a comparatione rationum exorbitat.



Quam vero iniustus iniquus sit: et iniustum iniquum: patet aliquid esse medium iniquum. id est autem equum. Quia enim in re est plus in eadem minus: et equum. si ergo iniustum est iniquum: et iustum equum. Quod sine probatione manifestum est. Cum vero equum sit medium: iustum quoque medium quiddam esset. Est autem equum in duobus minimis. ergo et iustum medium et equum sit necesse est ad aliquid: et quibusdam et secundum quod medium: aliquorum est. ea sunt plus et minus. secundum quod equum: duorum. secundum quod iustum: quibusdam. Necesse est ergo iustum esse in quatuor minimis: nam et quibus iustum existit duo sunt. et in quibus: res duae. Ac eadem equitas quibus: et in quibus. ut ei

illa se habent: in quibus: ita illa. si non equi: non equa habebunt. verum huic pugne iculationesque oriuntur: cum equi non equa: vel non equi equa habent: et tribuunt. Ex dignitate quoque id apparet. Iustum enim illud: quod in distribuendo consistit: secundum dignitatem quandam esse oportere: omnes fatentur ipsam vero dignitatem non eandem omnes esse aiunt: sed populares quidem libertatem. Potentes vero opulentiam: aut genus. Optimates vero virtutem dicunt. Iustum ergo proportionem quandam habet. Proportionem vero habere non solum unius numeri proprium est: sed totius numeri. est enim proportio equitas rationis: et in quattuor minimis. discreta igitur: quae in quattuor consistat/manifestum est. quoniam et continua. nam uno ut duobus utitur: et bis dicit. seu quemadmodum. A. ad. B. ac. B. ad. C. bis ergo dicit. B. si ergo bis ponatur. B. quattuor erunt in proportione. Est autem iustum in quattuor minimis. et ratio eadem. Diuiditur enim similiter in quibus: et quae. erit ergo quemadmodum. A. ad. B. ita. C. ad. B. et promiscue ergo ut. A. ad. C. ita. B. ad. B. quare totum ad totum: ut distributio duplicatur. quod si ita ponatur: iuste conduplicatur. Coniugatio igitur AC. et BB. iustum illud est: quod in distribuendo consistit. et medium quidem hoc est circa id: quod proportionem habet. Nam habens proportionem medium est. Iustum autem proportionem habet. hanc proportionem mathematici geometriam vocant. nam in geometria contingit totum ad totum: quod alterutrum ad alterutrum. Est autem non continua haec proportio. non enim est unus numero terminus cui: et quod. Hoc ergo iustum proportionem habet. Iniustum ergo proportione caret. Sit igitur aliud plus: aliud minus. quod et in rebus accidit. nam qui iniuriam facit: plus habet. qui vero patitur: minus: et hoc in bono. in malo autem contra. nam in ratione boni venit minus malum ad maius malum. est enim ma-

gis eligendum minus malum: quam maius. quod autem eligendum: id bonum et magis maius. una igitur iusti species talis est.

Capi. iiii. monstrat iustum quid in commercio emendandum est aliud esse a iusto distributivo communi: quod non in comparatione rationum geometrica: sed arithmetica consistit/medium inter lucrum et damnum. Itaque auferendum esse a plus habente id quo medium excedit: ut minus habenti addatur. Appellationem lucri ac damni ex contractibus sponte factis deductam esse. Infert medium lucri damnique quae iustis hominibus sunt nihil esse aliud quam equum semper habere.



MEst alia: quae in corrigendo consistit. ea fit in commercio tam voluntariis: quam involuntariis. Quod est alterius speciei iustum quam superius. Nam iustum illud: quod in distribuendo consistit: publicarum rerum est semper: iuxta proportionem iam dictam. etenim si ex publico pecuniae sint distribuendae: earum distributio per eandem fit rationem: secundum quam in publico distributio fit. et iniustum: quod huic iusto opponitur: absque proportionem est. At illud iustum: quod in commercio consistit: equum quiddam est. et iniustum: iniquum. sed non secundum eandem proportionem: sed secundum arithmetica. Nihil enim refert: utrum. bonus a malo abstulerit: an malus a bono. necque utrum bonus adulterium commiserit: an malus: sed ad differentiam damni lex prospicit solum: et ut quis utitur: sed si hic iniuriam fecit: ille passus est: si hic damnum dedit: ille passus est. Itaque iniustum hoc iniquum existens equare conatur lex. Nam quando hic quidem percutit: ille vero percutit: vel hic occidit: ille occidit: passio et actio seorsum inique sunt: sed conatur eas per condemnationem equare lucrum auferendo. Dicitur enim et in hominum rebus lucrum (licet quibusdam improprium videatur) puta illi: qui percussit alterum: et damnum illi: qui percussus est. sed quando existimat passio: vocatur illud quidem damnum: hoc autem lucrum. Ita inter plus et minus equum est medium. lucrum autem et damnum

contra: alterū plus est: alterū minus. boni quōdem plus: est lucrum: mali aut minus. damnū vero contra est. Inter hęc mediū est equū: quod iustum esse dicebamus. Quamobrē iustū illud: quod i corrigendo cōsistit mediū est iter damnū et lucrū. Ex quo fit: vt quotiens contrauersia existit: ad iudicē eatur: ire autē ad iudicē id est: ire ad ius. nā iudex quōdem esse debet velut aiatum ius. et querūt iudicē mediū: et vocant quōdam mediatozē quasi iustū affecuturi: si mediū assequant. mediū igit quōdam iustum est: si quōdem et iudex medius. iudex vero ad equalitatē redigit. At quō vt linea inēqliter diuersa: cui maior pars quā dimidia adest: ea aufert. et minozē habenti tradit: et quando totū i duas partes diuidit: tunc suum habere aiunt: cū quōscūq; equā partē accipit. equū aut mediū est iter plus et minus scōm arithmetica proportionē. Preterea noiatur iustū quō tam hinc: quō ide iuxta est. quasi iuxta vtrūq; sit: et iudex vtrius iuxta existat. Si. n. duozū equaliū ab altero auferat alteri vero addat: excedit duobus aliū. nā si auferat quōdem: nec addat: vno duntaxat excedit. a medio igit vno: et mediū vno. per hoc igit dinoscimus: et quōd auferendū sit ab eo: quō plus habet: et quōd addendū sit ei: quō minus habet. que. n. excedit id: auferendū est ei: quō plus habet. Equales i quibus. AA. BB. BB. adiuicē. ab AA. demat. AE. et adiungat BB. id quod est i BB. ita totū BBB. excedit EA. in BB. et Bz. ergo BB. eo quod est BB. Est i alijs artibus hoc. Nam iterirent vtrius: nisi ageret agens et quantū: et quale: ac patiens patere hoc et tantū et talē. Tracta sunt aut damni et lucri noia ex volūtarijs contractib⁹. Nā habere plus quā suū lucrari dicif. Adinus aut quō ab initio damnari. Seu i emptione venditione: ac i alijs quibuscūq; licentiā lex pmisit. quōdo autē

nec plus: nec minus: sed ipsa p seipsa fiunt: sua se habere dicunt: et nec lucrari: nec damnum pati: itaq; lucrari cuiusdam ac damni medium est iustum preter voluntarium equum habendo et prius: et posterius.

Cap. v. probat contra pythagoras ipsam repassio- nem nō esse simpliciter iustū: licet i societatibus cōmercorū per cōparationē rōnum: et nō per equalitatē contineat ciuitatē. Igit et ea quorum est permutatio cōparabilia inter se quodāmodo esse. hinc nimū in vsum venisse: vt cuncta metiat/ q̄ indigentia mensurari compellit. Demonstrat illū metiendo res ad equalitatē redigere. Postremo infert iustitiam mediocritatē esse eo quō mediū est vt iniustitia extremorum.



Ed videt aliq̄bus repassum quōdam simpliciter esse iustū: vt pythagorici dixerunt. Diffiniebāt enī simpliciter esse iustū id: quod repassum sit alteri. verū hoc non congruit: neq; ei iusto: quō est scōm leges: neq; ciuili. voco autē ciuile id: quod est sociabile. repassum nō congruit: neq; ei iusto. quod i distribuendo consistit. Neq; ei. quō ad corrigendū pertinet. Atqui volunt quōdem hoc dicere et rhadamātis iustū: si patif que facit: rectū est iudiciū. multipharia enī discordat. seu si i magistratu constitutus percussit. reperi nō licet. At si magistratum quō percussit: nō solū reperiendus ipse est: verū etiā supplicio afficiendus. Voluntariū et inuoluntariū multū differunt. Sed i oibus societatibus cōmercorū hmoi iustū continet id: quod repatit scōm proportionē: et nō scōm equalitatē. nam i rependendo scōm proportionē consistit ciuitas. aut enī quod male est: querunt: et seruitus videt esse: nisi rependerint: aut quod bene: et si nō retributio tollit. at retributione consistit. Itaq; gratiarū factū i promptu faciunt: vt retributio sit. hęc enī gratiarū est propriū. remunerandus est enī: quō minus cōtulit. ac rursus ipse incipere debet: quō suscepit. facit aut retributionē scōm proportionē

per diametrum coniunctio. veluti faber: i quo. *A.* futor: i quo. *B.* domus
 in quo. *C.* cakeus: i quo. *B.* oportet ergo accipere fabri a futoze et il-
 lius opere: et ipsum tradere de suo. si ergo primum sit equum secundum proporti-
 onem: postea repassio fiat: erit quod dicitur. Alias vero nec equum est: nec
 consistit, nihil enim verat melius esse unius opus quam alterius. Oportet
 igitur illa equari. Est autem hoc et in alijs artibus. nam iterirent utique: nisi
 faceret faciens: quantum: et quale: ac patiens pateret hoc tantum: et tale.
 non enim ex duobus medicis fit societas: sed ex medico et agricola: et oino
 alijs et inequalibus. verum hec equalia sunt. Quamobrem omnia: quorum est
 permutatio: talia esse convenit ut quodammodo conferri valeant. Atque ob
 id minus in usum venit: et quasi medius factus est. nam cuncta metitur. qua-
 re et defectum: et excessum. Quam multi. n. calcei adequant domum: cibum
 vel victum: oportet igitur quot quidem faber ad futozem: totidem calceos esse ad
 domum: vel ad victum. Aliter. n. non esset permutatio: neque societas. nec igitur
 nisi equalia quodammodo sunt: non erunt. Oportet uno aliquo cuncta metiri.
 ut supra diximus. hoc est secundum veritatem indigentie: que omnia continet. nam
 si nullius indigerent: vel non sicut: vel non erit permutatio: vel non eadem
 Sed veluti subsidium committendarum rerum nummus compositus est. Et ob
 hoc nummus vocatur: quod non a natura: sed a lege: que nomos dicitur
 est inductus. Erit igitur repassio: cum equatio fiet. quamobrem quod
 agricola ad futozem: id opus futozis ad agricole opus. hec referendum est
 ad proportionis normam: cum permutabuntur. alioquin: utrumque excessum habebit
 alterum extremum. Sed quando sic se habent ipsi sua: equalia sunt: et communicant.
 huiusmodi equalitas in ipsis fieri possit: agricola. *A.* alimeta. *C.* futor. *B.* opus
 est: quod equat. *B.* si ita repassio fieri non possit: non foret societas: quod autem

indigentia sit id unum: quod continet: deprehenditur. quod si non indigent ad iucem
 vel ambo: vel alter: non sit permutatio. quemadmodum: quando eius quod ipse
 habet: quod indiget. veluti si vino indigeant: et triticum exportandum tradant
 Opus est igitur hec adequari. Pro futura vero permutatione facienda
 cum opus fuerit: si nunc nihil indiget: nummus quasi expresso: nobis est
 quidam. Oportet. n. quod hunc affert: accipere posse. pariter certe hoc idem. non. n.
 semper equum valet. verumtamen vult manere magis. Quamobrem oportet ei
 bus rebus pretium esse. nam sic permutatio erit semper. si autem hec erit: societas
 erit. nummus ergo tanquam mensuras adequat. neque sine permutatione societas
 esset: neque permutatio sine adequatione. neque adequatio sine mensura. Re-
 igitur vera impossibile est adeo iter se diversa convenire: verum per indigentiam
 unum quiddam esse convenit: et hoc ex instituto. Itaque nummus vocatur. hic enim
 omnibus mensuram exhibet. nam omnia metitur nummus. Bonus. *A.* mine decem
B. lectica. *C.* igitur. *A.* dimidium. *B.* si quis minas valet domus vel e-
 quales: lectica vero sit decima pars. *C.* huius quod est. *B.* patet ergo quot
 lectice domum adequat: quam quisque. quod igitur per hunc modum erat permutatio an-
 tequam nummus esset: manifestum est. Refert autem nihil utrum lectice quicquam pro do-
 mo: an quanti lectice quisque. quod ergo iustum sit: quod iustum diximus. his
 vero determinatis: manifestum est: quod iuste degere medium est iter faciendum et
 patiendum iniuriam. nam alterum est plus habere: alterum minus. Iustitia vero me-
 diocritas est non eodem modo: ut in superioribus virtutibus: sed quod ipsa medij est
 iniustitia autem extremorum. Et iustitia quod est: per quam iustus dicitur iusti o-
 perator secundum electionem: ac retributor sibi ad alterum: et alij ad alium. non sic
 ut comodi quod est plus sibi: minus proximo. Incomodi vero contra: sed equum
 secundum proportionem. Eodemque modo alij ad alium. Iniustitia vero contra. Est
 11

Tractatus secundus: Quinti

nāq; hoc excessus et defectus cōmodi atq; icommodi absq; pportione. Ob id vero excessus et defectus est iniustitia: q; est eius: qd est excessus et defectus. quātū ad se qdem excessus vtilitatis simpliciter: et defectus damni: quantū vero ad alios i summa eodē modo. sed pter proportionē vt contigit. Iniurie vero id quod est minus/pati. quod autē plus: face re est iniuriā. De iustitia igitur et iniustitia qualis est vtriusq; natura dictum sit hactenus. et silitur de iusto et iniusto vniuersali.

Tractatus secundus quinti libri ethicorum. quattuor habet capla. Caplm. j. querit quū qspiam iniuriā faciens iniustus nondū sit/per qles iniurias sit oino iniustus. Atq; cōmemorat ad com plementū iniusticie electionis pncipiū/momēti plurimū habere. Dicit q; se loq de iusto simpliciter/hoc est ciuile: qd est iter socios vite: qbus et lex iter se ponit. Nā herile iustū ac paternū ciuile nō ē licet illi simles



Um aut fieri possit: vt q; iniuriā faciat: et nondū sit iustus ob quas iniurias q; faciens iniustus iā est scdm vnāquāq; iniustitia: seu fur: aut latro: aut mechus: vel sic qdem nihil refert. Nā si coeat q; cū muliere sciens cū qua: sed nō per electionis pncipiū: sed propter ai perturbationē: iniuriā qdem facit: sed nō est iniustus: quem admodū nec fur: tamē furatus est. nec mechus: tñ mechus est: eodēq; modo i alijs. Quemadmodū igit se habet id: quod repatiē ad iustum/ dictum est p̄us. Nec latere oportet: q; id: quod querit: est q; simplici ter iustū: et ciuile iustū. hoc est sociabile ad vitā: vt sufficiens sit ad liber tatem: et equalitatē vel scdm proportionē: vel numerū. Itaq; qbusdas nō est hoc eisdē nō est adinuicē ciuile iustū: s; aliquid iustū per similitudi nem. Est enī iustum: qbus et lex ad seipsos. Lex autem i quibus iusti tia. Iudicium enī iudicatio iusti et iniusti. In quib; aut iniustitia est: in eisdē et iniuria. sed i quib; iniuria: nō in oib; iniustitia: hoc plus sibi

tribuere ex simpliciter bonis, minus aut ex simpliciter malis. Quapro pter nō siminus dñari hoies: sed rōem: q; sibi hoc agit et tyrānus efficit Est enī magistratus custos iusti. qd si iusti et equi. Cū vō si q; iustus sit: nihiloplus videat h̄iturus: nō. n. plus tribuit sibi ex simpliciter bo no: nisi ad seipm pportione seruata. Ex quo fit: vt alteri laboret, atq; ob id alienū bonū dicūt esse iustitiā: vt supra diximus. Ideo merce s q; dā tribuēda est: honor scz et gloria. qbus aut hęc nō sufficiūt: h; sūt ty ranni. Bñatiū vō et paternū ius nō idē h; est: sed sile. Nō enī est iniu stitia ad sua ipsius simpliciter. Nā filij et cetera: q; in potestate sūt: q; diu nō seperata fuerit: tanq; illius partes sunt. Ac sibiipsi nemo noce re vult. Quapropter neq; iustitia est ad seipm. Nō ergo iustū nec ini ustū ciuile. Nā scdm leges id erat. Et est i h;: quoz ea natura est. vt lex i h; esse possit. Tales vō erūt h;: in qbus eq̄litas erat: imparādi atq; parēdi. Ita q; magis ad vxorē id ius est: q; ad filios: et cetera: que sunt i potestate. Hoc est enī yconomicū ius: et qdē alienū a ciuili iure:

Cap. ij. iustū ciuile in naturale legitimūq; partit. vtrūq; finiēdo declarat: reprobans eos q; nullū iustū naturale statue runt propter iustoz motionē. Dehinc ifert ipm iustū vniuersale esse: et vnū sed que agunt multa. iustū atq; iniustū natura esse vel instituto: quod quū actū est ius vel iniuria dicit: imo ipam iuris actionem magis cōmune aliqd vocari q; ius quod est in iure singulorum emendatio.



Us alterū naturale est: alterū legitimū. Naturale qd vbi q; habet eādē vim. Nō q; sic videat. vel nō. Legitimū: qd nihil ab initio referebat hoc vel illo mō effert: s; postq; lata ē lex: refert. veluti vt redēptiois captiuoz certo pretio fiat: vtq; capta imolef: non due oues. et q; de singul cauta legib; sūt. vt sacra facere braside. et decre ta publica. Vident aut qbusdā cūcta esse h̄mōi. Nā quod naturale est

id imutabile est: et ubique eandem habet potestatem: ut ignis hic: et in persis
 vit. Jura vero mutari videntur. hoc autem non est ita se habere: sed sic. Eniue-
 ro apud deos quodammodo forsitan non ita se habet: apud nos certe aliquid est natu-
 rale mutabile. Non omne quidem: sed tamen est aliud natura. Aliud non natura:
 Quale autem natura aliter se habere potest: et quae non: sed lege et positione: si quae-
 dem utraque mutabilia similiter. Manifestum est. In alijs quibus eadem est deter-
 minatio. natura enim dextera melior est. Fieri autem potest: ut omnes amphidex-
 tri sint. Jura vero secundum positionem vel utilitatem filia sunt mensuris. non enim.
 omnibus in locis aequales sunt vini triticique mensurae: sed ubi emunt maiores. ubi
 vendunt minores. eodem modo iura. quae non sunt naturalia: sed humana: non ea-
 dem sunt ubique. nam neque res. per se una duntaxat ubique secundum naturam optima.
 Singula vero eorum: quae iure et lege providentur: ita se habent: ut universalia ad
 singularia. nam ea: quae aguntur: multa sunt. et quodque ipsorum unus. universale
 namque. Differunt autem iniustum et iniuria. item iustum et ius. iniustum enim natura
 vel ordinatione. hoc autem ipsum postquam factus est eodem modo: iniuria est.
 ante vero quam fiat. non est iniuria: sed iniustum. Eodemque modo ius. sed communi
 us dicitur iusti diligentia. Est autem ius iniurie correctio. In singulis vero
 ipsorum quae species: et quot: circa quae sint: postea considerandum erit.

Capitulum. iij. dissolvit questionem ante factam. per quales
 iniurias quis fit iniustus: repetens ius ac iniuriam fieri a sponte a gentibus
 et non iustus: ut ignorantia: aut vi: nisi per accidens. Quae sponte fiunt
 nunc cum electione. nunc sine illa agi. Atque quoniam triplex sit lesio: ob igno-
 rantiam infortunium esse: vel peccatum quoddam: ob effectum iniuriam fieri etiam a
 non iniustus. Sed eumque electione nocet: ino iniustum esse. Ideo et quae per
 iram gerunt sine providentia facta censeri. Similiter quae electione ius agit iu-
 stum esse. quae ob ignorantiam sunt: venia plerumque digna esse potest: quae alia,



Quam autem sint iusta vel iniusta: quae supra diximus. Jus et iniuriam
 faciet: cum scies quis ea facit. quod si iustus quis faciat: neque iniuria

est: neque ius: nisi per accidens. quibus ei accidit: iustus vel iniustus esse agen-
 tibus. Jus autem et iniuria determinat secundum voluntarium et involuntarium. Cum enim
 volens quis facit: vituperatur: et iniuria est. Itaque iniustum erit quoddam:
 at non dum iniuria: nisi hoc addito: ut volens quis faciat. Vico autem volun-
 tarium: ut prius dictum est: quando quis in potestate sua existens: scies: non igno-
 rans neque quem: neque quo. veluti si non ignoret quem pulset: nec quo: nec cuius
 gratia, et eorum singula faciat non per accidens: nec per vim coactus. nam
 si manum alterius accipiens quis: alium pulset non volens facit his: cuius est
 manus. nec in sua est potestate. fieri autem potest: ut pater sit: qui pulsatur: il-
 lum vero qui pulset: intelligere hunc esse hominem quendam: sed quod pater ignora-
Quæritur id autem: si amabile inspiciatur. Non omnem videtur amari: sed quod amabile est. hoc autem esse bonum: aut iocundum: aut utile. videtur utique esse utile id: pro quod efficit bonum aliquid: aut voluptas. quare amabile utique erit bonum: et iocundum ut finis. Utrum igitur bonum amant

an id: quod ipsis sit bonum. Discordat enim quandoque ista. Eodem modo circa iocundum. Videtur autem quisque sibi bonum amare: et esse simpliciter quod amabile bonum. Cuius autem: quod cuique est. Amat vero quisque non quod bonum est sibi: sed quod videtur bonum. nec quicquam id refert. Erit enim amabile apparens. Cuius tria sint illa: pro que amat in natura quod maiorum non dicitur amicitia. Non enim est in illis reciprocos amor: neque voluntas illorum boni. Nam ridiculum fortassis est vino bonum velle: sed saluum esse cupit: ut habeat ipse. At oportere aiunt amico bona velle illi gratia et quod ita volunt bona: eos beniuolos appellat: et si non idem ab illo rependant. Beniuolentia enim in rependentibus amicitiam esse. Vel adiungendum est: non latentem. Multi enim beniuoli sunt erga illos: quos nunquam viderunt: quod eos viros bonos esse putant et utiles. Atque hoc idem fortasse aliquis illorum viceuersa facit. Amicos vero quod quis vocet latentes: quemadmodum se iuicem habeant. Opus est igitur ut intelligatur ut beniuolentia sit mutua: nec latens ipsos propter vnum aliquod predictorum.

Cap. iii. declarat secundum triplex amabile tres esse species amicitie: easque ob utile sunt quales sunt seruum: vel iocundum quales sunt inuani pro accedens esse: ideoque facile dissolubiles. Sed eam que ob bonum virtutis est perfectam esse probat varijs verorum amicorum proprietatibus.

Quæritur autem hec species iter se: et amores ergo et amicitie: sunt autem illarum species tres cum totidem sunt amabilia. In singulis enim mutua est dilectio non latentem. Qui vero se mutuo amant: bona sibi iuicem cupiunt hac que amat. Qui igitur propter utilitatem se diligunt: non seipsum diligunt sed que ex ipsis aliquid puenit bonum. Eodem modo que propter voluptatem. Non enim que tales quodem sint: facitos amant: sed que sibi iocunditatem afferunt. et que ergo propter utilitatem amant: bonum querunt sui: et voluptates iocunditate sui mouent. non que his est: que amat: sed que utilis et iocundus. Sunt itaque homini

amicicie scdm accidens. Nō em̄ qua talis est amatus. hac amat: sed q̄
 afferunt hi q̄dez bonū aliquod: hi aut̄ voluptatē. Itaq̄ tales amicicie
 facillē dissoluunt: nō in eodē permanētibus, nam si nō amplius iocundi
 aut vtilis sint: amare desistunt. vtilitas vero nō permanet. sed alia ali-
 as est. Cessante igit̄ eo: ppter quod amici erāt: cessat et amicicia: vtpo-
 te illis iniura. videt̄ aut̄ h̄mōi amicicia maxime fieri i senibus: nō. n. vo-
 luptatē hi sequunt̄: sed comoditatē. Iuvenes q̄ et vigentes q̄cunq̄ vti-
 litati student. Nec sane hi multū inuicē versant̄. et interdū iocundi nō
 sunt. Itaq̄ nec corū cōuersione indigent: ex q̄bus nō prouenit vtili-
 tas. Eatenus. n. iocundi sunt: q̄tenus spē aliquā habent boni. In his
 se hospitalitā collocarunt. Adolescentiū vero amicicie voluptatis cau-
 sa institute vident̄. nam amant scdm affectus. et maxime id sequunt̄: q̄
 voluptatē in presentia afferat. verū id simul cum etate mutat̄. Ex quo
 fit: vt cito fiant amici. citoq̄ desistant. Nam simul cū voluptate amici-
 cia mutat̄. At voluptatis celeris est mutatio. et ad mores promi sunt iu-
 uenes. nam amatoria p̄ affectū et voluptatē plurimū fit. Itaq̄ amant
 et cito desistunt: sepe eadē die propositū mutant̄. Delectant̄ autē h̄ij
 cōuersione et vsu. Nam p̄ hunc modū amicicia fruunt̄. Perfecta ve-
 ro est amicicia bonorū viroz et virtute similiū inter se. hi nāq̄ sibi bona
 similiter mutuo volunt: qua sunt boni. Sunt autē boni p̄ seipfos. Qui ve-
 ro amant amicos illoz causa: hi sūt maxime amici. Per seipfos em̄ sic
 se habēt: et nō per accidens. Permanet igit̄ talis amicicia: q̄diu sunt
 boni. vtrius autē res permanens est. Et est vterq̄ simpliciter bonus: et
 amico. Nam boni simpliciter: boni sunt: et inuicē vtilis sunt. Eodem
 modo et iocundi. Boni em̄ iocūdi simpliciter: et inuicē. vnicuiq̄ em̄ vo-

luptati sunt proprie res et tales. Bonorū autē tales: vel similes. Talis
 vero amicicia merito durabilis est. Nam complectit̄ oia: que in amico
 esse oportet. Omnis em̄ amicicia propter bonū est aut simpliciter: aut
 amanti. et scdm similitudinē quandā. huic autē oia supradicta insunt per
 seipfos. Nam huic similia et reliqua. quodq̄ simpliciter bonū: id iocun-
 dum simpliciter est. Maxime vero hec sunt amabilia. et amare: et ami-
 cicia in his maxime est: atq̄ optima. Sunt autē hec amicicie merito rare
 Nam et q̄ tales sunt: pauci admodū reperiunt̄. Preterea consuetudie
 indiget et tempore. Nam iuxta prouerbiū: p̄us sal illud de quo dicit̄: co-
 medendū est q̄ se cognoscere possint. Nec ante recipiendū est eos esse
 amicos: q̄ alter alteri dignus amicicia: fidusq̄ appareat. Qui em̄ pro-
 pere amicicias instituūt: amici q̄dez esse volunt: sed nō sunt: nisi digni
 sint amari: et id cognoscat̄. Voluntas em̄ amicicie celeriter fit: sed non
 amicicia. Hec igitur et tempore: et reliquis p̄fecta est: et fit per hec oia
 et similia vtriq̄ ab vtroq̄: quod oportet amicis existere.
 Capi. iiii. amicicias nō veras que ob voluptatem/
 vel comoditatem sunt/ad veram que ob vtrutes est: comparat: ostendēs
 quatenus conueniant/et differant.



Uero gratia voluptatis est amicicia similitudinē huius ha-
 bet. nam boni inuicē iocūdi sunt. eodē modo et que propter
 vtilitatē. Nā tales mutuo boni sunt. maxime autē i h̄ijs amicicia p̄ma-
 net: cū equalitas seruat̄: quēadmodū voluptas. et nō solū sic: sed ab eo-
 dem: ceu facietis: et sibi nō vt amatozi et amato. Nō em̄ h̄ij eisdē rebus
 delectant̄: sed ille q̄dem aspectu gaudet amari. hic autē obsequio amato-
 ris. Desinēte vero etatis flore: et amicicia frequēter desinit. Nam huic
 aspectus nō amplius iocundus est. illi autē nō prestat̄ obsequiū. Sūt itē
 n iij

qui permanent: si ex consuetudine mores comprobarunt: et similes sunt. Qui vero non voluptatem: sed utilitates in amoribus commutant: hi et minus sunt amici: et permanent. Qui autem propter utilitatem sunt amici: simul cum utilitate mutantur. Non enim amicos: sed utilitatem amabant. Propter voluptatem igitur et utilitatem malos contingit esse amicos inter se, et bonos malos: et neutrum cuiusquam propter seipsum autem constat: quod solos bonos. Nam mali quidem non gaudent seipsis: nisi aliquid exinde proveniat commodum. Solaque bonorum amicitia sine querela est. Non enim facile est quod credere aduersus eum: quem comprobavit multo tempore: persuasitque animo nunquam iniuriatum iri: et quocumque alia in vera amicitia requirunt. At in alijs nihil vetat talia fieri. nam cum homines etiam illos vocent amicos: quod propter utilitatem quemadmodum civitates (vident enim civitates societates instituire utilitatis gratia: et quod propter voluptatem se mutuo diligunt: quemadmodum pueri) oportet fortasse et nos hominibus homines vocare amicos. Species igitur amicitie plures sunt. Sed prima atque precipua est bonorum virorum qua sunt boni. Reliquae vero per similitudinem. qua enim bonum aliquid aut simile: ea amici. Nam quod voluptatem efficit: id est bonum quoddam hijs: quod voluptatem amant: Non autem multum coniunguntur haec. nec fiunt idem amici propter utilitatem ac voluptatem. non enim multum combinantur ea: que sunt secundum accidens. In has species amicitia diuisa est inter malos amicitia erit propter voluptatem: vel propter commoditatem in hoc similes existentes, inter bonos autem propter seipsum. nam qua sunt boni: et boni quidem amici simpliciter, mali vero secundum accidens et per similitudinem.

Cap. v. ostendit amicitiam habitui: amationem effectum simile esse. Atque proprium amicorum opus conuiuendo/vitaque communi

agenda maxime continuari.

Quia autem in virtutibus alij secundum habitum: alij secundum actum boni dicuntur: sic et in amicitia alij communi usu delectantur: et beneficia conferunt. alij dormientes et locis disiuncti non agunt quidem: sed sic se habent ut amice agere. loca enim non dissoluunt amicitiam simpliciter: sed actionem. Quod si diuturnior sit absentia: obliuionem amicitie inducere videtur. inde id natum est dictum. Multas amicitias silentium dirimit. Non videntur autem neque senes: neque difficiles: et queruli ad amicitiam apti. quam parum in illis est voluptatis. Nemo autem potest illius familiaritate uti: quod molestiam afferat. neque illi: quod non sit iocundus. maxime autem videtur natura molestiam fugere: et id assistere: quod efficiat voluptatem. quod autem se mutuo recipiunt: nec tamen simul viuunt: hi beniuolis magis similes sunt: quam amicis. Nihil enim est tam amicorum: quam simul viuere. Nam utilitatem quidem egeni expetunt. At simul viuere etiam beati. His enim minime conuenit solis viuere. Conuersari autem simul non est: nisi sint iocundi et tales: quod eisdem rebus delectentur: quod sodalicia habere videtur. Maxime quidem igitur est amicitia bonorum virorum ut iam sepius dictum est. Videtur autem amabile et expetibile simpliciter bonum: et iocundum. Cuius autem: quod sibi est tale. bonus autem bono propter haec utraque. Similis est amatio quidem affectui. amicitie vere habitui. Nam amatio non minus ad res inaiatas est. In amore non respondet cum electione. Electio vero ab habitu est. Et bona volunt hijs: quos amant illorum gratia non secundum affectum: sed secundum habitum. Et amantes amicum id amant: quod sibi est bonum. Nam si bonus est amicus: bonum est: quia est amicus: uterque igitur amat sibi bonum: et par reddit iocunditati et voluptati. Dicitur enim amicitia equalitas. maxime vero illi: quod est bonorum: haec existunt.

Cap. vi. perfectā aperiēs amicitia docet primū qui ad eam sunt aptiores. nō seueros atq; senes: s; iuueues cito amicos fieri: quibus et illi beniuoli mutuo sint. nō posse aliquē multis pfecte amicū esse. eos q̄ in potestate sūt/diuitijs vti amicis. tādē epilogum facit.

In difficultibus aut et senibus minus fit amicitia: quāto difficultiores sunt: et minus vsu ceterorū gaudent: hec em̄ maxie vident amicitia continere: et facere: qua propter iuuenes q̄des cito amicitias contrahunt: at nō senes. Nō em̄ fiunt amici hīs: q̄bus nō delectant. Similiter nec hīs: q̄ sunt difficiles. Sed tales beniuoli q̄des sunt inter se. Nā appetunt cōmoditates: et prompti ad vtilitatē. amici vero nō multū sunt. q̄ nō familiaritate: nec mutua cōuersatione gaudent: q̄ maxime videt amicitia facere. Pluribus vero esse amicū scdm̄ p̄fatam amicitia nō dat: quēadmodū nec amare plures. et simul excessus q̄dem videt. hoc ad vñū fit. Adultos vero vni vehementer placere: nō facile est. Forte etiā nec bonū esse. Videt et experimentū accipere: et consuetudine fieri: quod sūme difficile est. Propter vtilitatē et voluptatē multis placere q̄s potest. multi em̄ tales. et breuis obsequia tēporis. Iuuenū vero magis videt amicitia. que puenit ex voluptate: quādo eade amobus fiunt: q̄ s; mutuo delectent: atq; eisdē rebus: quales sūt iuuenū amicitie. Magis em̄ in hīs ingenuitas est. Que vero propter vtilitatem negotiorū. Beati vero nō indigent vtilitate: sed iocunditate. volūt em̄ habere aliquos: quorū vsu delectent. Adolestiā vero paruo sustinet tēpore. Cōtinuo aut nemo: ne bonū q̄dem tolleraret: si sibi molestū esset. Itaq; amicos querūt iocundos. oportet aut et bonos h̄moi esse etiam ipsis. Nā sic illis affunt cuncta: que adesse debent amicis. Sed i dignitate constituti hoies bifariā vident amicitias esse vti. Quidā em̄ i illis

vtilis sunt: q̄dā vero iocundi. vtrūq; vero vt ijdē sint: perraro contigit. Nā neq; iocundos per virtutē querūt: nec vtilis ad honestatē. Sed iocundos q̄dem ad voluptatē expetunt. Astutos vero ad negotia expetēda. hec aut raro fiūt in eodē. Nā simul iocundū et vtilē diximus esse studiosum. Sed superexcellenti nō fit talis amicus: nisi vtute supermineat. aliter vero nō adequat proportionē hīs: q̄ inferior est. nec frequēter consueuerūt tales existere. Sunt igit he amicitie de q̄bus dicim̄ iparitate. Eadē em̄ fiunt ambobus. et inuicē volunt: vel alterū pro altero cōmutant: seu voluptatē pro vtilitate. Quod vero minus sūt he amicitie: et permanent/dictū est p̄us. videt aut propter similitudinē et dissimilitudinē eiusdē esse ac nō esse amicitie. Nā per similitudinē eius videt amicitie: q̄ est scdm̄ vtutē. Nā ea q̄dem voluptatē continet. ista vero vtilitatem hec aut existunt et illi. verū stabilitate et securitate: q̄ he cito intereūt alijsq; p̄multis differunt: nō vident amicitie propter illius similitudinē

Tractatus secundus octauū libri ethicorū. sex cōtinēs capla. Caplū p̄mum. ostendit aliā esse amicitie/que in excellētia cōsistit: eiusq; varias esse species. Has q̄ conseruari docet: quū que cuiq; debentur/pro dignitate tribuuntur.

St et alia species amicitie scdm̄ maioritatē: veluti patri ad fil iū: et seniori ad iuniorē: viroq; ad vxorē/et gubernatori oī ad eū: q̄ gubernet. Sed differunt hec inter se. nā neq; eadē est patri ad filios: et magistratibus ad subditos. Quimmo nec patri ad filiū: et filio ad patrē neq; viro ad vxorē: et vxori ad virū. Alia em̄ cuiq; istorum vtus et opus. alia etiā: propter que amant. Alie ergo dilectiōes et amicitie. Eadē igit nō fiunt vtiq; ab altero: uec certe querit. Sed quotiēs filij parentibus illa tribuunt: q̄ oportet: et parentes filijs: firma et equa

bilis est amicitia. Correspondentē vero in oibus: que scdm maiortatē sunt amicitie dilectionē esse oportet. Veluti meliorē magis diligere q̄ diligere: et utiliorē: et aliorū quēq̄ silitur. Quando, n. scdm dignitatē diligis: tunc fit quodāmodo equalitas: qđ porro amicitie videt̄ esse. Non silitur equale in amicitia ⁊ in iustitia se habere videt̄. Nā iniustus qđē p̄mū illud equale est: qđ est dignitate. scdm vero illud: quod est quātitate. In amicitia vero: id. qđ est quātitate: p̄mo est loco: qđ vero dignitate: scdo. Patet aut̄ si plurima distantia fiat v̄tutis: aut vitij. aut diuitiarū: aut alterius rei. Nō. n. amplius sunt amici. nec dignū id putant. Manifestū est id in dijs. qm̄ hi plurimū oibus bonis excellūt. Patet etiā in regibus. nō em̄ illos dignant̄ amicitia: q̄ valde sunt humiliores neq̄ optimus ⁊ sapientissimus eos: q̄ nullus sunt precij. In his ergo nullus prefixus est termin⁹ quo vsq̄ amici. Multis. n. ablati: adhuc manet amicitia. Quod si magnus sit excessus: seu deorū ad homines: nō amplius permanet. Unde dubitat̄: an interdū nō optanda sint amicis maxima bona: puta vt dijs fiat: qm̄ nō ampli⁹ essent amici: neq̄ simpliciter bona. Nā amici qđem bona. Quod si recte dictū est amicū amico bona cupere illius gratia manere oportet: qualiscūq̄ his est. vt hoi ergo maxima bona optabit. sed forte nō omnia. Nam sibi ipsi quisq̄ maxima bona cupit.

Cap. ij. docet plerosq̄ magis amari / q̄ amare velle: et amari prestabilius esse q̄ honorari: quod illi propinquū est. Nihilominus tñ amicitia magis in exhibendo q̄ suscipiendo amorē consistere. Amicitia ex contrarijs ob utilitatē effici: sed contrarium per accidens appetere contrarium.



Ident̄ pleriq̄ per ambitionē amari magis velle q̄ amare. Ex quo fit: vt multi adulatores amēt. Inferior. n. amicus

est adulator: vel fingit qđē tale qđdā: et magis amare q̄ amari. Amari vero proxime videt̄ accedere ad honorationē. Quod sane pleriq̄ appetunt: nec honorē per se expetere vident̄: sed p̄ accidens. Gaudent. n. multi: cū ab his: q̄ in potestatibus constituti sunt / honorant̄ spe ducti: q̄ putant (si qđ opus sit) ab illis impetraturos. vt igit̄ signo bone affectionis: gaudent honore. Qui vero a bonis viris et sciētibus appetūt honorari opinionē sui p̄firmare desiderāt. Gaudent igit̄ q̄ boni sint: credēs loq̄ntiū iudicio. Amari aut̄ p̄ seipm̄ gaudēt. Quapropt̄ videt̄ vtiq̄ potius esse q̄ honorari: et amicitia p̄ seipam esse expetenda. videt̄ aut̄ magis in exhibēdo amorē: q̄ in recipiēdo / cōsistere. Signū hui⁹ est q̄ matres amare gaudent. Quedā em̄ filios dederūt tollēdos: et amat̄ sciētes. amari vō nō querūt: si vtraq̄ fieri nequeāt. Sed satis illis videtur: si videāt in p̄speritate cōstitutos. Et amat̄ illos ip̄e. licet illi nō valeāt matri: q̄ oportet: tribuere p̄pter ignorātiā. Cū vō amicitia in amādo magis cōsistat: et amātes amicos laudemus: amicos v̄tus videt̄ eē amare. Itaq̄ in q̄bus hoc ita fit: vt debet: hi firmi sunt amici. et horū amicitia est. per hunc modū q̄ inaequales maxie erūt amici. Nā equari possunt. et eqlitas et silitudo amicitia. Stabiles em̄ per seipos existentes et inuicē ament: et neq̄ indigent improborū: neq̄ talia ministrant: sed (vt ita loquar) etiā p̄hibent. Nā bonorū est neq̄ ipsos delinq̄re: neq̄ amicos p̄mittere sibi ministros esse. Mali vō firmitatē nō habent. Neq̄. n. sibi ipsi siles p̄seuerant̄. et quo t̄p̄e sūt amici gaudentes mutua p̄uitate. Sed q̄ sūt vtilēs et iocūdi: magis durāt. quoad .n. afferāt iniucē voluptates aut utilitates. Ex cōtrarijs vō maxia videt̄ fieri ea amicitia: q̄ est p̄pter utilitatē. vt paup̄ diuiti. et indoct⁹ sapiēti. Cuius. n.

quos indiget: id exoptat: aliud pro alio affert. Ad hanc quos trahat et amatores et amatum: turpes et pulchrum. Quippe amatores interdum ridiculi videntur dignum putantes se amari: quemadmodum ipsi alios amant. Nam similiter dignos fortasse exigendum est ita amari. quod si non sunt tales: ridiculi. Fortasse vero neque appetunt contrarium contrarium pro se: sed pro accidens. Desiderium autem medium est. Hoc, n. bonum: puta sicco non fieri molle. Sed ad medium devenire: similiter et calido et alijs. Hec igitur relinquunt: quam alieniora sunt. **Capitulum. iij.** ostendit quam amicitia/ ut iustum/ in societate consistat: sintque societates omnes similes partibus societatis civilis: amicitias ipsas/ tales societates sequi.

Idem enim (ut ab initio diximus) circa eadem et in eisdem esse amicitia et iustum. In omni, n. societate videtur aliquid esse iustum et amicitia. Itaque et eos: qui simul navigant. et eos: qui una militat/ amicos vocant. Eodemque modo in alijs societatibus quatenus concitant: eatenus est amicitia. Nam et iustum: et puerbum amicorum comitia esse recte. In comitione, n. amicitia est. Sunt enim fratrum et sodalium comitia omnia. Ceteris vero diversa. et alijs plura: alijs pauciora. Nam et amicitiarum: alie plus, alie minus. Differunt etiam iusta. non enim eadem parentibus ad filios et fratrum ad fratres: nec sodalibus et civibus. Eodem modo in alijs amicitijs. Alia igitur sunt et iusta ad singulos istorum. Et augmentum suscipit: ut magis ad amicos sunt. puta gravius est sodali pecuniam auferre quam civi. Et non ferre operam fratri quam extraneo et pulsare patrem quam quemvis alium. Incrementum suscipit similiter videntur amicitias et iustum: utpote in eisdem existantia: et equaliter procedunt. Des autem societates similes partibus civilis esse videntur. Congrediuntur, n. in aliquo commoditate parentes aliquid eorum: qui ad vitam pertinet. Civilisque et societas communi odii gratia viri durareque videntur. Hoc, n. et legum latores coniectura sequuntur: et iustum esse

aiunt: quod contra proferit. Alie igitur societates particulare commodum appetunt. ut naute quidem navigandi ad parandas divitias: aut aliquid tale. Abiles vero bellandi: aut pecunie: aut victoriae: aut capiunde urbis cupidum: eodem modo contribules et populares. Sunt et societates quedam: que voluptatis gratia institute videntur. ut in his: qui thiasotes et eraniste vocantur. he namque sacrificij et ceterus causa fiunt. Des autem homini civili videntur subesse. Nam, n. presentem utilitatem civilis querit: sed ad totam vitam. Et que sacra faciunt: et illorum causa ceterus instituunt. Alijs honorem tribuunt: et si bisperis requiem cum voluptate parant. Vetus, n. sacra et ceterus post fructuum perceptionem ordinata videntur: quasi premitie quedam. plurimum, n. pro id tempore ocio indulgebant. Omnes igitur societates partes civilis esse videntur. Sequentur vero tales amicitie societates homini.

Capitulum. iij. tres rei publice species/ totidemque transgressiones distinguit. docetque regnum: cui contraria est tyrannis: ceteris preestare. Exoptatum potestate ad paucorum potentiam migrari: sed sensu potestatem pessimam esse: cui contraria popularis potestas inter transgressiones minimum pravitatis habet/ sicut tyrannis plurimum. Istarum specierum similitudines in domibus accipi posse declarat.

Administrandarum vero civitatum tres sunt species. totidem etiam excessus: et quasi labe ipsarum. Sunt autem he: regnum: et optimorum civium potestas. Tercia a censu censura appellari convenit: quam plerique popularem vocant. Hanc optima omnium est regni. Deterrima vero popularis. Transgressio autem regni tyrannus est. In utraque, n. unus gubernat: sed plurimum inter se differunt. Tyrannus enim proprium querit commodum. Rex vero eorum: qui ab eo reguntur. Nam est rex: nisi pro se sufficiat: et cunctis bonis excellat. At que talis est: nullius indiget. Nam ergo hic querit utilitates proprias: sed eorum qui ab eo reguntur. Qui vero non est talis: potius rerum utriusque

Tractatus secundus: Octavi

effet q̄ rex. Tirānus huic vero cōtrarius est. p̄p̄riū em̄ seq̄tur cōmodū. Et in hoc q̄ deterrima sit/patet. Nam pessimū optimo contrariū. Sit aut̄ transgressio ex regno in tyrannidē. Est. n. tirānus prauitas regni. Prauus aut̄ rex tyrannus efficit. Et optimatibus aut̄ ad paucorū potentiā sit transgressio gubernatorū prauitate: q̄ rem. p. p̄ter dignitates gubernant: et cuncta et plurima bonorū ad se trahunt: et magistratus semp̄ eisdē: ad diuitias cōparandas plurimū intendentes. Ex quo fit: vt pauci dñentur et mali pro bonis. Ex hīs vero q̄ in sensu habent: ad multitudinē sit transgressio. Sunt. n. hē finitime. Nā et censi multitudinis esse volunt: et oēs in honore equales. minime aut̄ praua est multitudinis gubernatio, q̄ parū admodū transgredit̄ gubernāde ciuitatis speciē. Adutant̄ igit̄ maxime p̄ hunc modū res. p. Nā sic paulatim et facillime labunt. Earū similitudines et quasi exempla in domibus q̄ licet intueri. Nā patris ad filiū societas: regni instar habet. Patri em̄ cura est filiorū. Hinc et homerus iouē patrē appellat. Paternum em̄ imperiū vult esse regnū: quanq̄ apud persas tyrannicū est. Quoniā filijs perinde vtunt̄ vt seruis. Tyrannica vō est dñi ad seruos. Agere em̄ in illa dñi vtilitas. Hec ergo recta videt̄. Persica vero erronea. Nam diuersorum diuersa imperia. Viri aut̄ et vxoris societas ei speciē similis videtur: qua optimates gubernant. Pro dignitate. n. vir presidet: et i hīs: q̄ virū decent: q̄ vero vxori cōgruunt. Hec illi tribuit. q̄ si omnibus rebus velit dñari vir: ad eam speciē transgredit̄: que est paucorū potentia. Præter dignitatē. n. sibi arrogat: et nō qua melius est: interdū q̄ vxoris ipse presidet q̄si rerū potite. Nō igit̄ per v̄tutem prestant: s̄ p̄ diuitias et potentiam: quemadmodum cum pauci rem publicā obrinēt

libri Ethicorum. LXXXIII

Fratrū vero societates ei similis videt̄: que est in censu positorū. Pares. n. sunt: nisi inquantū etatibus differunt. Itaq̄ si plurimū etatib⁹ distēt: nō amplius fraterna amicitia. Multitudinis vero gubernatio maxime in hīs domibus conspicit̄: que sunt sine dño. Ibi nāq̄ oēs ex equo. Et in q̄bus imbecillis est p̄nceps: et vnicuiq̄ licentia.

Capi. v. cōdistinguit species amicitie sc̄dm iustū ad species rei publice: et pariter amicitie exiguitatē ad irā gressiones/secū dum iusti defectū: concludēs in tyranni de perparū esse et amicitie/et iusti: in populari aut̄ potestate per multum.

Magnaq̄ specie rerū publicarū amicitia videt̄: inquātū et iustū. Regū ad eos: q̄ ab eis regunt̄ in maiortate beneficij Prodest. n. illis: si q̄dē bonus existens eā habet curā: vt q̄ ab eo regunt̄ q̄ optime habeant: vt pastor ouū. Unde et homerus pastore populorū vocant agamenonē. Talis est paterna. Differt aut̄ magnitudine beneficiorū. Cū essendi causa permaxima videat̄: nutriendi q̄ et erudiēdi. et pro genitoribus hec tribuunt̄. Natura em̄ imperiū obtinet pater filiorum: et p̄genitores descendētū: et rex eorū: q̄ in regno sūt. Sunt aut̄ in maiortate amicitie iste. Itaq̄ honorant̄ genitores. Et iustū igit̄ i hīs nō illud idē: s̄ sc̄dm dignitatē. Nā sic et amicitia. Et viri ad vxorē eadē amicitia et in ea sp̄e: que est optimatū. Nā sc̄dm v̄tutē: et meliori plus boni: et congruēs singulis: sic aut̄ et iustū. Fratrum vero amicitia sodalitie similis videt̄. Pares. n. coetanei. Tales vero affectibus et amoribus siēs sunt: vt plurimū. Similis est huic: et illa: q̄ est sc̄dm sensum. Pares. n. ciues esse volūt: et inter se mites. In parte vero dñari et ex equo sic igit̄ et amicitia. In transgressionibus aut̄ quēadmodū et iustū sic et amicitia exigua est: ac minime in ea: q̄ determinata est. In tyran

inde vero nihil est amicitie: aut parū. In quibus. n. nulla est societas imperanti et parenti nec amicitia est. neque. n. iustum. sed quale artificii ad organū: et aie ad corpus. et dño ad seruū. Iuuant em̄ hec ab hijs: quibus vtunt: amicitia vero nō est ad inaiata neque iustū sed neque ad equū vel bouem: neque ad seruū: qua seruus est. Nihil. n. cōe est nā seruus aiatum est organū. Organū vero inaiatus seruus. Qua igit seruus: nō est ad illū amicitia: sed qua homo. Vides. n. esse quiddā iustū cuius hōi ad oēm cū quo societas esse potest legis pactionis. Est amicitia igit inquantū homo. Perparū vero in tyrannide amicitie: et iustū. In optimatibus plurimū. Adularū em̄ rerū societas est his: quos pares sunt.

Cap. vi. p̄cipue de cognatorū propinquorūqz amicis persequitur. Primum consanguineā sodaliciāqz a ceteris ciuū amicitijs se ponens: consanguineā multiplicē esse sed oēm ex paterna pendere confirmat. Infert interim parentes amare natos seipos: sed matres magis. fraternā q̄ dilectionē explicat/addens de ceteris propinqs. postremo coniugū amicitia scdm naturam esse ostendit: in qua et vtilitas et voluptas: inter im etiam vtrius inest.



In societate igit oīs amicitia est (vt dicimus) Distinguet vtriusqz aliq̄s consanguineā et sodalitiā. Ciuiles vero et contri- bules et cōnautice et hmōi sociabiles vident magis. Veluti. n. p̄ cōuen- tionē quandā esse vident. Inter has q̄s collocet hospitalitiā. Consan- guinea aut̄ varia: vides totaqz a paterna pendere. Parentes. n. amāt gnatos: quasi suū quiddam existentes. Gnati vero parentes vt ab illis quod existentes. Adagis aut̄ sciunt genitores: quod ex ipsis: quod genita: quod ab his. Et magis coniungit id a quo illi quod gemitū est quod id: quod gignit ei qui fecit. Id. n. quod ex ipso: proximū est ei a quo. vt dens et crines et quod vis ei: quod cōtinet. Illorū vero nullia quo: vel minus. Adagnitudine quod temporis. Nā hi statim genitores amant. Illi vero post tēpus: seu

genitorū scientiā vel sensum p̄ceperint. Ex his etiā pateret: cur matres ament magis. Parentes em̄ gnatos amant vt seipos. Qui em̄ ex ipsis sunt: veluti alteri ipsi sunt seperati. Gnati vero parentes: vt ab illis orti. Fratres vero se mutuo amant. Quoniā ab eisdē nati sunt. Idēpti- tas em̄ ad illos idem inuicē facit. Itaqz aiunt eundē sanguinē: eandē stirpē: et talia quedā. Sunt igit quodāmodo idē: licet diuisi. Adagnum preterea est ad amicitia educatio: et etas. Equales em̄ equalē: et fami- liares sodales. Quapropter fraterna amicitia sodalicia similis est. Ne- potes vero et alij cognati ex istis cōiungunt. quoniā ab eisdē sunt. Sūt aut̄ alij magis cōiuncti: alij minus: vt proximi vel remoti sunt a stirpe. Est aut̄ ad parentes amicitia gnatis et hoibus ad deos vt ad optimos et maiozitate prestantes. Adaxima em̄ hi beneficia contulerūt. Cū ef- fendi et educandi causa sint: gnatosqz erudiēdi. Talis aut̄ amicitia vo- luptatē et vtilitatē magis continet quod extraneorū: quāto in ipsis vita so- ciabilior. Est aut̄ in fraterna quemadmodū in sodalitia: et magis in hu- manis et penitus silibus: quāto cōiunctiores genere existentes se mu- tuo diligunt: et quāto magis moribus similes sunt: quod ex eisdē orti: ac ea- dem educatione disciplinaqz instituti: et tēporis cōprobatio plurima at- que firmissima. Eodē modo in ceteris cognatis sunt ea: quod amicitia faci- unt. Viro aut̄ et vxori amicitia vides scdm naturā existere. homo. n. na- tura est cōiugale magis quod ciuile: quāto prius ac magis necessariū ē do- mus: quod ciuitas. et procreatio filiorū cōius aialibus. Alijs igit in tantū societas est. hoies aut̄ nō solū procreationis causa coeunt: sed eorū quo- que gratia: quod p̄tinent ad vitā. confesti em̄ distinguunt opera. et alia sunt viri: alia mulieris. Sufficiunt igit inuicē proprias res in cōi ponētes.

Quare et utilitas et voluptas in hac amicitia versari videt. Erit etiā per v̄tutē si boni sunt. Est em̄ v̄triusq; v̄tus, et gaudebunt v̄triusq; simili filij vero nexus q̄dam esse vident. Itaq; hi: q̄ sine liberis sunt: facili⁹ dissoluunt. Filij em̄ ambobus cōe sunt bonū. Continet aut̄ societates. Quemadmodū vero se habere debet vir erga vxorē, et oīno amicus erga amicū: nihil aliū d̄ videt querendū: nisi quō iustū, nō, n. videt idē iustum amico ad amicū: neq; extraneū ad familiarē et condiscipulum.

Tractatus tercius octauū libri ethicorū. duo cōtinēs capla. Caplū p̄mū, repetens quid in cuiusq; generis amicitia siue p̄ pares/siue p̄ impares conseruanda sit necessariū: explicat in amicis q̄ ob v̄tutē/voluptatē ve fiunt quereles firme nō fieri: sed in ea q̄ ob v̄tile est/q̄ scz amici se nō tot quot indigent assequi putāt: itaq; tales dissoluendas esse/sponte reddendo q̄tū acceptū est. finit deinde eius q̄ suscepit v̄tilitate metiendū esse beneficiū: quāq; in amicitia ob v̄tutem electio cōferentis similis est mensure.

Am ergo triplex sit amicitia. Et ab initio dictum est: et in alia sunt amici pares. In alia sc̄dm excellentiā. Nam et sicut boni fiunt amici: et melior peiori. Eodē modo et iocundi: et propter v̄tilitatē adequātes cōmoditatib⁹: et differētes: pares q̄dē sc̄dm paritatē oportet in amore et in ceteris adquare: impares vero sc̄dm rōem excellentijs concedere. Fiunt igit̄ incusationes ⁊ querele in ea amicitia que est v̄tilitatis gratia cōtracta: vel sola vel maxime, et merito q̄dem. Nam q̄ per v̄tutē amici sunt: benefacere mutuo properant. hoc, n. v̄tutis est et amicitie, ad hęc aut̄ certat̄ in tendentibus nulle existunt querele: neq; rixę. Nam aduersus amantē et beneficia conferentē nemo conquerit: sed si sit gratus: beneficijs respondet. Qui vero in dando et beneficia conferendo exsuperat: cū assequatur: quod cupit: nō succensēbit amico, nā v̄trōq; bonū appetit. Nec etiā nimium in hīs: que p̄pter vo-

luptatē, cū simul ambobus id̄ proueniat: q̄d optabant. si q̄dem mutua cōuersatione gaudēt. Est em̄ ridiculū effet: si q̄s quemq; incusaret: q̄ sibi iocūdus nō sit: cū liceat illo nō v̄ti. At illa: q̄ propter v̄tilitatē est: q̄rele subiacet, cū em̄ se mutuo pro v̄tilitate vtant̄: semp plus querunt: et minus q̄ decet: se habere existimant: et querunt: q̄ nō tāta reportēt quāta deberēt pro sua dignitate. Amici vero nō sufficiunt ad tā multa conferenda. Videt aut̄ vt duplex est iustū: aliud sine scripto: aliud legibus: sic ⁊ ea amicitia: que est p̄pter v̄tilitatē: partim mo ralis esse: partim legitima. Fiunt aut̄ incusationes tunc maxime: cū nō p̄ eandē cōmutant: et dissoluunt. Est em̄ legitima in dictis partim oīno forensis de manu in manū: partim liberalior ad tēpus: sed p̄ pactionē q̄d p̄ quo Est aut̄ in hac manifestū quod debeat: nec ambiguū: sed amicabilē habet dilationē. Quapropter q̄busdā hōr nō sunt iudicia: sed putāt oportere cōtētos esse: q̄ sc̄dm fidē contraxerūt. Moralī vero nō est in dictis: sed vt amico donat: vel q̄d aliud facit: dignū putat: vt ipse tantus vel plus ab illo cōsequat̄: quasi nō donauerit: sed cōmodauerit. Nec similiter cōmutans et dissoluēs incusat. idq; ex eo accidit: q̄ vel oēs: vel magna pars volunt q̄dem honesta: sed anteponūt v̄tilia. honestum est benefacere nulla spe recipiendi, v̄tile vero bene accipere. Et q̄ p̄t reddenda sunt: que accipit sc̄dm dignitatē: idq; sponte agendū. Inuitum aut̄ amicū nō faciendū: quasi errauerit in p̄ncipio: et beneficiū accepit: a quo nō oportebat. Nam em̄ ab amico: nec ob hoc ipm̄ id̄ agente. vt igit̄ in dictis beneficio accepto: dissoluendū est: et quasi cōuenit/ reddere: si poterit. si nō poterit: nō esse agendū. Itaq; reddendū est: si habeat facultatē. Considerandus est ab initio: a quo q̄s accepit: et cuius

gratia. vt sic vel suscipiat: vel nō. Habet aut̄ dubitationē vtrū accipiē-
tis vtilitate metiri debeat beneficiū, et iuxta illā rependi: an iuxta illi
q̄ contulit. q̄ em̄ capiunt attenuātes q̄dem illa talia se recipere dicūt q̄
parua erant hīs q̄ cōtulerunt, et licebat ab alijs accipere. Illi vero vi-
ceuerſa. Maxima eoz que penes se erant et q̄ ab alijs conſeq̄ nō pote-
rant, et in periculis et h̄mōi necessitatibus. An igit̄ cū vtilitatis causa
sit amicitia: eius q̄ accipit vtilitas mensura est. hic em̄ est: q̄ indiget et
satis est: vt tantundē ferat. Tantū igit̄ fuit beneficiū: quantū iste acce-
pit vtilitatis, et reddendū est igit̄ tantū: q̄tū ipse accepit: aut plus. Id
em̄ honestius est. In ea vero q̄ per v̄tutē: inſulationes nō sūt mēſura
aut̄ videt̄ conferētis electio, v̄tutis em̄ et moris in electione vis est.

Cap. ij. prenarrās quales in amicitijs impariū in-
ſulationes fieri solent docet ad has cōseruandas pro dignitate vni ami-
corū plus honoris/alteri plus lucri tribuendū esse, inſert nō licere suo
patrem abdicare: sed pater filium.



Bifferunt aut̄ in hīs amicitijs q̄ sunt sc̄dm excellentiā, vter-
q̄. n. dignū putat: vt ipse plus habeat, quādo aut̄ id sit: dis-
ſoluitur amicitia. Nam q̄ melior est: putat oportere vt ipse plus habe-
at. Bono em̄ plus esse tribuendū. Eodē modo et vtilior. Eum. n. qui
inutilius sit equū habere nō cenſet, famulatū q̄dem esse: nō amicitia: si
nō pro dignitate operū erunt illa: que sunt in amicitia. Putāt em̄ que
admodū in pecuniarū ſocietate plus capiunt hī: q̄ plura contulerunt.
ſic oportere in amicitia. Inops vero ⁊ imbecillis contra. Amici esse bo-
ni ſubuenire egentibus. Nam q̄d prodeſt inq̄unt ſtudioſo vel potenti
eſſe amicū: ſi nihil ſum cōſecuturus. Videt̄ autē vterq̄ recte putare: et
oportere vtriq̄ plus tribuere ex amicitia: ſed nō ex eadē re. Sed excellē

ti plus honoris: inopi vero plus cōmodi, v̄tutis em̄ et beneficij p̄mum
eſt honor. Indigentie vero auxiliū eſt lucrū. Sic aut̄ ſe id habere et in
rebus publicis patet. Nō honorant: q̄ nihil boni ciuitati facit. Publi-
ca em̄ tribuunt ei: q̄ publice benefecit, honor aut̄ publicum q̄d eſt. Nō
em̄ eſt ex re. p. ſimul lucrū et honorē ſuſcipe. Nā in oibus minus ſe ha-
bere ſuſtinet nemo. Qui ergo in pecunijs minus reportat: ei honorem
tribuunt: et munera q̄ nō capit: ei pecunias. Quod em̄ ſit ſc̄dm digni-
tatē: equat. ⁊ ſeruat amicitia: vt dictū eſt. ſic igit̄ et illis q̄ impares ſūt
cōuerſandū eſt. Et ei q̄ ad pecunias vtilitatē facit, aut ad v̄tutē honor
tribuendus eſt: reddendo id q̄d poteſt. Nā amicitia poſſibilitatē req̄rit
nō ſc̄dm extimationē: neq̄ eſt in oibus: vt in honoribus deoz ⁊ paren-
tum. Nullus. n. pro dignitate vnq̄ tribuere poteſt: ſed q̄ pro facultate
id agit bonus eſſe videt̄. qua p̄pter videt̄ vtiq̄ nō licere filio patres
abdicare: ſed patri filiū. Debitū em̄ reddendū eſt: ſz q̄ nihil fecit dignus
rebus fecit. Itaq̄ ſemp eſt debitor. q̄bus aut̄ debet: poteſtas eſt dimit-
tendi et patri igit̄. Simul autē forteſſe nullus videbitur deſtitiffe: niſi
excellenti prauintate. Nam et ſine naturali amicitia humanū eſt auxili-
um nō negare. huic autē fugiendum eſt: aut nō ſtudendum prauo auxi-
lium ferre. Nam bene accipere multi volunt, facere autē fugiunt vt in-
utile. De hīs igitur hactenus dictum ſit.

Incipit liber nonus ethicorum Aristotelis. qui de
amicicia queſtiones perſcrutaſ: tres habens tractatus. Et iſte p̄mus
tractatus ſeptē habet capla. Caplū p̄mum, repetens in oibus ami-
cicijs comparationē rōnum equare ac conſeruare amicitia: diſcutit hāc
queſtionē vtrius ſit eſtimationē ipam facere: eius ne qui dicat/ an eius
qui prior accepit: cenſetq̄ eius potius eſſe q̄ prior accepit: idq̄ ſecundū
iudicium quod habebat anteq̄ acciperet.



A cunctis aut dissimiliū specierū amicicijs proportio adequat: seruatq̄ amiciciā: vt dictus est: quemadmodū et in ciuili. Sutori pro calciamentis: textoriq̄ et reliq̄s repensio fit sc̄dm estimationē. Ad hęc igit̄ repertus est nūmus cōis mēsurā: ad quē oīa referunt̄: et quo oīa estimant̄. In amatoria vero interdū amator querit̄ q̄ ipse supra modū amans: nō amat̄: nihil habēs fortasse: quod amore sit dignū. Sepe etiā hīs q̄ amat̄: q̄ ille ab initio multa pollicitus: nihil pficiat. Eueniunt aut̄ hęc: cū alter propter voluptates amat amatū: alter propter vtilitatē diligit amatozē: atq̄ ea nō existunt ambobus. Nam cū propter hęc sit inter eos amicicia: quādo illa nō ad sunt: quoz gratia se amabant: dissoluit̄. Nō. n. seip̄s amabāt: sed illa: que aderant. Ea vero stabilia nō erant. Itaq̄ et h̄mōi amicicie stabilitatē nō habent. sed q̄ moralium est: p̄ se existens durat: vt diximus. Quis etiā inter eos indignatio: quādo alia fiunt: et nō illa: q̄ ipsi optabant. Perinde est. n. ac si id nihil fiat: q̄ndo nō potiunt̄ optatis vt hīs q̄ conducto cytharedo pollicitus est: et quāto melius caneret: tanto maiora. postridie promissa poscenti pro voluptate voluptatē reddidisse inquit. Si igit̄ hoc vterq̄ voluisset: satis id esset. Sin vero hic demulceri voluit: ille pecuniā capere: et alter habet: qd̄ voluit: alter nō habet: nō bene se habet: quantū attinet ad societātē. quoz em̄ indigens est: illis intendit. et huius gratia hęc dabit. Sed vtrū dantis est an accipientis estimationē ponere: nā qui p̄mo dat: videt̄ illi p̄mittere: quod aiunt pithagorā seruasse. Cū. n. docuerat: estimare discipulos iubebat: quāti sibi viderent̄ illa. q̄ ab eo didicissent: tātūq̄ accipiebat. In talib⁹ vero

q̄busdam satis est illud. Merces aut̄ viro. Sed q̄ pecunias acceperunt p̄us: ac deinde nihil eoz: que p̄miserant/efficiunt. p̄pter magnitudines promissoz: merito aduersus eos querele sunt. Nō em̄ adimplent p̄missa. hoc fortasse facere cōpellunt̄ sophiste. qm̄ nemo dat pecunias p̄ hīs que sciunt. hīs ergo pro q̄bus rebus pecunias acceperunt: eas res non adimplentes: merito culpant̄. Sed i quibus nō fit cōuersio operis: qui p̄pter seip̄s exhibent: sine querela sunt. talis est em̄ illa: q̄ per v̄tutes fit/amicicia. Remuneratio facienda est sc̄dm electionē. hęc. n. amici atq̄ v̄tutis. Eodē modo videt̄ faciendus philosophie p̄ceptoribus. nō. n. nūmis ea res estimat̄. nec pretiū equalēs reperit̄: s̄ forte satis est. quē admodū erga deos ⁊ erga parētes: q̄rū q̄s pōt̄/exhibere. Nō tali autē existente datione: s̄ in aliquo: maxie forte oportet redditionē fieri: q̄ videat̄ esse v̄triq̄ sc̄dm dignitatē. Quod si id cōuenire nō pōt̄: nō solus est necessariū: sed etiā iustū videbit̄ eum: q̄ precepit/statuere. Quātus em̄ hic v̄tutis suscepit: v̄l pro quāto voluptatē suscipisset: tātā hīs: qui cōtulit ab eo cōsequeret̄ estimationē. Nam ⁊ i rebus venalibus sic fieri cōstat. Et q̄busdā in locis sunt leges: voluntarioz contractuū: iudicia nō esse. quasi conueniat cuius fidē secutus q̄s sit: cū eo ita agere: vt ab initio cōtrahit. Cui em̄ p̄missum est: hūc videt̄ iustus precii statuere: q̄ eū: qui p̄misit. Pleraq̄ em̄ nō eque estimant: q̄ habent: ⁊ q̄ volunt accipere. Sua em̄ q̄s: ⁊ q̄ dat: pluris estimat. Sed tñ repensio fit in hīs: quantū statuunt hi: q̄ acceperunt. Oportet forsan nō tantū facere quanti videtur possidenti: sed quanti faciebat p̄usq̄ possideret.

Cap. ij. alias quasdā dubitatiōes tollit: sint ne patri oīa tribuēda: an aico potius: an studio subministrandū: benefactori

an sodali potius dandū. Finitq; debitū simpliciter esse reddendū: si vero datio honestate/aut necessitate excedat: ad hec declinandum esse: ne vniuersis (ne patri qdem) cuncta reddenda: sed singulis sua.

Ed habent istā dubitationē: veluti vtrū oporteat oia patri tribuere: et in oibus parere illi: an i morbis qdē medico credendū est: et ducē eligendū rei militaris pitissimū. sicut amico magis: an studioso inseruendū. et benefactori magis tribuendū: an amico dandum: si vtriq; nō possit. An vero talia oia determinare nō facile. Adultas em̄ ac varias habent differentias: et magnitudie et prauitate: et honesto et necessario. Sed qd nō oia eidē tribuenda sint/nō est obscurum. Et reddendū beneficiū vt plurimū magis est q̄ amico conferendū: seu mutuū magis cui debeat/reddendu m est: q̄ amico dandum. Sed forte id nō semper. Et ecce: redemptus a predombus. Utrum eum q̄ redemit. Viceversa redimere ipse debet: quicumq; his sibi: vel etiam nō capto repetenti reddere: vel patrē redimere. Et igitur dictum est: vniuersaliter debitum est reddendū. qd si datio supercedat honestate vel necessitate: ad illa declinandū est. Interdū. n. nō est equū beneficiū retribuere. vt si q̄ studioso sciēs benefecerit: ipse autē cui remuneratio sit facienda: malus existimat ab eo: q̄ accepit. Neq; em̄ mutuanti interdus viceversa mutuandū est. Nā ille q̄dez certa spe ductus: se suū cū velit/pssecuturū: mutuauit bono viro: hic autē nō sperat a malo consecq̄ posse. Siue igit reuera sic est: nō par est estimatio: siue nō ē ita: s; putat: indigne facere nō videbit. Et igit sepius iā diximus: sermones q̄ circa affectus et actus versantur: determinationes habent silem his rebus: de q̄bus sunt. Quod igitur nō eadez oibus sint tribuenda: neq; parti oia quemadmodū nec Joui sacra dantur oia/manifestus est. Cū vero alia

parentibus et fratrib; et amicis: et his: q̄ beneficii nos fuere: singulis videlicet propria et cōuenientia tribuenda sint. sic et facere vident. Nā ad nuptias qdē vocant cognatos. Ibis em̄ cōe est genus. Itaq; et act; q̄ circa genus versant. In funeribus q̄ maxime oim putant cognatos adesse oportere propter hoc idem. Videti q̄ potest parētibus maxime alimenta esse ministranda: quasi id debeat: et cū causa effendi sint: honestius esse illis circa alimenta subuenire: q̄ nobisipsis. et honores illis quemadmodū dijs impendere. nō tñ oibus parentibus. Nō. n. idē honor patri et matri. neq; idē sapiētis et impatoris: s; paternus et maternus: et seniori oi scdm etatē tribuendus assurgēdo et inclinādo: et hmōi. ad sodales aut et fratres fidutiā: et oim reruz societate. Cognatis vero et gentilibus et ciuibus: et reliqs oibus semp conandū est debitum tribuere: ac discernere qd cuiq; cōueniat scdm dignitatē: et vsum. Sed de cognatis facile est iudicium. De extraneis vero difficilius. nō tamē ob id desistendū est: sed vt fieri potest: ita determinandum.

Cap. iij. aliā excutiens questionez: diffinit ad eos qui comodati/iocunditati ne amplius esse nequeunt/amicicias dissolui posse: atq; oino ad eū q̄ e studioso fit malus: nec tñ statim nisi q̄ incurabilis sit prauitatis. Disceptat inde inter nimium differentes amicicie vsum perire. Atq; olim amicorum/nec nimis peruersorum cōsuetudinis memoriam habenda esse.

Et aut ambiguitas circa dissoluēdas amicicias: vel nō cum his: q̄ nō pmanēt. vtrū cū his: q̄ vtilitatis aut voluptatis causa erāt amici: qñ hec ampli; nō afferunt: nihil dissoluat. Illoz. n. erāt aici: q̄bz deficiētib; merito amare desistūt. Incusādus aut est his q̄ cū ob vtilitatē aut voluptatē aicus sit: ob mores se amare simlat: qd aut ab initio dixim; multe ptentiōes existūt in aicis: cū nō quemadmo-

dum putant: ita sunt amici. Cū igit̃ q̃s seip̃m decipit: credēs p̃pter mo-
 ras amari nihil tale ipso agente: seip̃m accusare debet. Si ṽo alter⁹ si-
 mulatione decipit: iustū est eū accusare: q̃ simulabat. ⁊ magis q̃ eos:
 q̃ ñm̃os falsificant. q̃nto circa nobilioꝛē rē est adhibita fraus. Quod
 si amicū q̃s suscepit: vt bonū. fuit aut̃ malus: ⁊ id appareat: vtrū am-
 pli⁹ sit amādus: vel id q̃dē nō est possibile. Si q̃dem nō oē amabile est
 s; bonū. Nec amandus malus amicus. Nā malos amare nō cōuenit:
 neq; silem esse malis. Dicitū est aut̃ silem sili amicum esse. An ergo sta-
 tum dissoluēda est amicitia: vel nō cū oibus: sed cū illis: q̃ sunt incurabi-
 les p̃pter prauitatē: Nā qui corrigi possunt: eis magis ferendū est au-
 xiliū in moribus: q̃ in diuitijs. quāto id honestius: ⁊ amicitie magis p-
 priū. videt̃ aut̃ his: q̃ dissolueret: nihil absurdū facere. Nō em̃ tali ami-
 cus erat. Alienatū igit̃ cū seruare nō possit/dimittit. Sin vero hic per-
 manet q̃dem. hic aut̃ melioꝛ fiat: ac multum a ṽtute transcendat: an vt
 amico vti debet: vel nō cōuenit. In magna sane distantia maxie fit ma-
 nifestū: seu i amicitijs puerorū. Nam si alter p̃manet mēte puer. Alter
 in virū euadat optimū: quō essent amici. Cū neq; delectent̃ eisdem re-
 bus: neq; eisdē gaudeant ⁊ doleant. Nō em̃ circa seip̃os hęc existēt
 eis. Sine istis vero nō erat esse amicos. viuere em̃ simul: nō est possibi-
 le. Diximus vero de his: an igit̃ nō alienius sed habendū est circa illuz
 q̃ si nunq̃ fuisset amicus: cum oportet p̃terite familiaritatis memori-
 am seruare. ⁊ quemadmodū amicis potius q̃ extraneis putamus gra-
 tificandū sit h̃ijs: q̃ fuerant amici: aliqd̃ tribuendum est propter p̃ce-
 dētē amicitiam quando nō propter excessum prauitatis sit dissolutio.
Capit. iiii. dispectat ṽndenā ea que ad amicos atti-

nent p̃fecta sint: ostendēs ex his q̃ ad se ip̃m q̃sq; facit/orta esse. Sūtq; ben-
 euerentia/beniuelētia/cōcordia: q̃ mōstrat bonis iusse/ ⁊ erga se/ ⁊ ce-
 teros prauis ṽo nequā: licet videant̃. Exhortat̃ ad fugienda prauitatē



